

Werk

Titel: Thesaurus Iuris Executivi Rutgeri Rulant, Icti. Quadripartitus

Untertitel: Quarum Pars Prima exhibet usum verum executivum, mediante Brachio Eccles lastico, Seculari, Regio, Et Militari, Eorumque imploratione. Secunda, exactam praecipuarum Rerum Civilium tractationem ... Tertia, perfectam manuductionem Executioni Rerum Criminalium inservientem. Quarta, Decem Classes Relationum, Actorum ac Votorum Cameralium praedictis materiis accommodatarum ... Atque Ita His Quatuor Partibus, Non Solum Executionis Materia fructuosissima continentur, sed & diversae per totum ius privatum dispersae materiae videlicet ...

Verlag: Author; Weissius

Ort: Francofurti ad Moenum; Francofurti ad Moenum

Jahr: 1624

Kollektion: VD17-Mainstream

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN755514025

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN755514025>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=755514025>

LOG Id: LOG_0032

LOG Titel: Cap. CLXXI. - Cap. CCX.

LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain these Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

Ancha. tenuit Bald. in c. super questionum, colu. vnde-
cima. versic. pone, quod notarius extra de offic. deleg. Di-
xit tamen Franc. Niconitius in c. quoniam contra fal-
sam, in quinto notab. num. 12. fol. 34. presumptionem
quæ habetur de notarii fidelitate, à iuramento præ-
stito provenire, vt habetur in dicto c. ad audientiam
& notat Bald. in l. secunda, in princip. C. de sport. & las.
in l. senium, in princip. C. qui testam. facere poss. & las. in
l. sanum, in princ. C. de transactio. & Imola in l. secunda,
ff. de de testam. & ideo subdit quod si vir bonæ con-
ditionis æque contra notarium iuret, rationem nõ
dari, quare ei magis non credatur, cum habeamus
conditionem nobilium & morigeratorum inferi-
oribus præferendam esse, & maxime cum non sit
in præiudicium tertii, & tradit in l. si quis decurio, co-
lum. prima, in princ. C. de fals. vbi tenet notario non
credi quando quis de eius instrumento opponit de
defectu solemnitatis.

CAP. CLXXI.

ARGUMENTVM.

Iuramentum tollit imputatio-
nem fugæ.

SUMMARI A.

- 1 Iuramento illius, qui iuravit aufugisse ob suspi-
tionem, creditur, & tollit omnem fugæ imputatio-
nem.
- 2 Fugæ omnis imputatio iuramento tollitur,
- 3 Fugæ post accusationem, seu inquisitionem, non facit
iudicium.
- 4 Iuramentum excusationis, an tollat iudicium, seu
presumptionem fugæ.
- 5 Criminalia iuramento non dirimuntur.
- 6 Iuramentum purgationis datur reo, quoties non
habet contra se presumptionem, aut indi-
cium.
- 7 Iuramentum tollit omnem difficultatem præsumendi
in contrarium.

Habet præterea etiam iuramentum illam vim
vt inquit Marcus Anto. Blancus in l. si. nu. 283.
ff. de questio. vt si aliquando quispiam aufugerit, &
deinde reuersus dicat suspicionis causa aufugisse, &
id iureiurando confirmet, huiusmodi iuramento
2 quamlibet fugæ & imputationem tolli, prout vo-
luit etiam Cynus in l. final. C. de requir. reis & Francis.
Brun. in tract. de indic. col. 5. & Hippol. Mars. qui id val-
de notandum arbitrat, in sua practica, in §. dili-
genter, col. 4. Vnde etiam inferunt, vt post accusati-
3 onem, seu inquisitionem fugæ & iudicium non faci-
at, cum pariter etiam antea iudicium non faciat, si
inquam ne accusaretur suspicionem habuisse dixe-
rit, non autem delicti causa aufugisse. Subdit tamẽ
ibidem Blancus ad illud animaduertendum esse, &
diximus, Cynum id dicere in d. l. fin. quia non ibi id
dixit, sed in l. prima. Est etiam præterea aduertend-
4 dum, iuramentum de quo loquitur Cynus in d. l. 1.
& excusationis iuramentum non esse, quo iudicium
tollatur, aut fugæ præsumptio: quandoquidem cri-
5 minalia & iuramento non dirimuntur, vt notant
Docto. in d. l. admonendi, & inquit Blanc. dixisse supra

in princip. sed est iuramentum & purgationis, quod
6 sane datur reo quoties ei non obstat præsumptio,
vel iudicium: sed ob solam delicti imputationem
malam habet apud bonos & probos viros delicti
opinionem, nec talis imputatio villo modo proba-
tur: Eo nanque casu (vt ab illa facti infamia purge-
tur) ei iuramentum deferatur: quod quidem iura-
mentum purgationis appellatur, & hoc est illud
iuramentum, de quo loquitur Cynus in d. l. prima,
& Bart. in l. maritus, in fine. ff. de question. & Canonista
& præsertim Ioan. de Anan. in c. excommunicamus, extra
de heret. & subdit Bal. dixisse in d. l. si. ff. de quest. vt dixit
Mars. in singul. 115. in fuga, in fine. ob id tamen iuramẽ-
tum fugam tollere intelligendum non est. cū nun-
quam fuga contra illud operatur, quod absonum
est. Est præterea etiam animaduertendum, & omnẽ
7 tollere difficultatem contrarium præsumendi, vt
dixit Stepha. de Bonaccurs. Florentinus in consil. 9. nume.
17. volum. primo cons. matrimon. diuers. & Ang. à Gam-
belionibus Areti. in consilio decimotertio, numero vigesi-
moquinto, in eodem volumine primo, consilio matrimo-
diuers.

Est etiam hoc loco adnotandum nolle iurare
nec iuramentum referre manifestam turpitudinẽ
denotare l. manifesta. ff. de iureiur. Ergo arguendo à
contrario sensu, non iurare, turpitudinem non de-
notat, si iuramentum deferatur: & si deferri non
possit ob illius ignorantiam, cui deferatur, ei talis
delatio nocere non debet. Quando autem id eius
culpa accidat, ibidem latius habetur.

Voluit etiam Paris. in consil. 13. num. 61. volum. 1.
suspicionem vi iuramenti cessare, si eo alienatio
confirmetur, vt dixit Bal. in l. perpetuo. ff. de conditio.
ob turp. caus. in fin. & in simili tradit Abbas in cap. sollici-
te, in fin. extra de restitutio. spoliat. & voluit Rota in tit.
de restitut. spoliat. decis. decimo octaua, alias 7. si agenti,
num. 401.

Dixit etiam Curt. iunior in d. l. manifesta. numero
duodecimo, ff. de iureiurand. de illa conclusione lo-
quens, dum Barto. dixit, pœnam ad hæredes non
transire, nisi lata sententia, Barto. clare loqui & ab
omnibus approbari, propterea quod tex. clarus est
in l. eius, qui delatorem. sed difficultatem facere, si
quispiam fortasse iurare nolit, an sententia ad hoc
vt pro confesso & conuicto habeatur, sententia
opus sit. Nam recentiores in hoc variant. At
Curt. iunior inquit eam opinionem probare, vt si
ille cui iuramentum deferatur, aliquam recusatio-
nis causam adducat: tunc iudex de ea cognoscere
debet & pronunciat, nam de hoc videtur text. cla-
rus in dicta l. generaliter. At vbi in actis nulla recu-
sandi causa deducitur, tunc vult, vt ipso iure pro
confesso & conuicto habeatur. Sed de hoc viden-
da sunt ea, quæ dixit Fel. in c. cum non ab homine, col.
5. extra de indic.

CAP. CLXXII.

ARGUMENTVM.

Iuramentum an & quatenus a-
ctionem producat.

S Y M M A R I A.

- 1 Iuramentum, quam producat actionem.
- 2 Statuto de materia non formali disponente an & quando detur conditio ex lege.
- 3 Iuramentum litis contestatæ vim habet.
- 4 Iuramenti executio, quando petitur, an contra emptorem penitentem exceptio pretij non soluti opponi possit.
- 5 Exceptio pretij non soluti peremptoria est.
- 6 Actio ante pretium solutum in venditione non oritur.
- 7 Exceptio sententiam vel iuramentum non impugnans an post illam & illud opponi possit.
- 8 Actio, quam ex iuramento competat.
- 9 Rei venditio directa & utilis concurrunt.
- 10 Actio, quam contra tertium detur.
- 11 Iuramenti ex delatione & prestatione quadam actio oritur & obligatio.

Inter vires iuramenti ea quoque est, † quod actionem producit, ut inquit Petrus Rebuff. in tracta. de paci. possessoribus, numero, 275. & subdit de hoc latius tractasse in l. si quis pro eo, in præfatione, ff. de fideiuss. Verum quia quam actionem producat, non satis constat, merito de hoc nonnulla pertractanda sunt: & in primis, quod vtilem producat actionem, videtur text. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, vbi tradit etiam Roman. ff. de iureiuran. Præterea, quod iuramentum promissorium actionem producat, dixit ipse Petrus Rebuffus in loco supra paulo ante relato, & Corne. in l. si duo patroni, §. si quis iurauerit, numero primo, & quarto, ff. de iureiuran. dum primo loco inquit, iuramentum vtilem actionem ex contractu, qui vere peratur, directam actionem producere, ut supra dictum est, & habetur in l. sed & si possessori, §. si eum, ff. de iureiuran. & ideo cum iuratur expressa causa & contractu, quare detur actio in factum locum habere dicit l. sed & si possessori, nec non etiam vtilem ex eo contractu actionem ob ipsam iuramentum ut habetur in d. §. si quis iurauerit, nec non etiã directam actionem ex ipso contractu, si vere antea competeat. Intelligit tamen Bar. non simul in exercitio concurrere: quandoquidem actio in factum ex contractu solemniter confecto ad executionem datur, ex contractu vero informi & sine solemnitate celebrato ordinariam, aliam vero non dari, ut habetur in §. sequenti, qui incipit. Marcellus, dista l. si duo patroni, ff. de iureiuran. Illud autem adnotandum videtur, vtilem actionem à fictione procedere: directam autem à veritate. At vbi est veritas, fictio non datur, ut notatur in l. filio, quem, ff. de liber. & posthum. sed vnam tantum ex prædictis conceditur locum habere. quænam autem sit, colligitur ex medio concludendi, ut notatur in l. certi conditio, in princip. ff. de rebus credit. si cert. petas. Nam si directa actum sit, vbi ipsius contractus iuramentum ad probationem deduci potest: nam iuramentum vim probationis habet, ut habetur in dicto §. si cum de hereditate, & ita tenere Bald. inquit Corn. & sequitur. Fulgo. in d. §. si quis iurauerit.

Nam quemadmodum vtilis actio datur ex iuramento solemniter facto, ut supra dictum est, † ac etiam vi statuti disponentis de forma, ut dixit Bart. si vero disponat de materia non formali datur conditio ex lege, ut inquit Corne. & dicitur infra de

conditione ex lege. Et id inquit etiam intelligendum esse, si statutum nihil de remedio competituro exprimat, quo tale statutum exequi possit, propterea quod vbi aliter non prouidet, ut de remedio ipsius statuti prouidere intelligatur, dicendum est, ut est tex. ut nonnulli intelligunt, in l. status, ff. de acquirend. rer. domin. ut notat tex. ibidem, in versiculo, & cetera præsentur, id est ut ei restitatur & de euictione caueatur.

Præterea Corne. eodem numero quarto, illud quoque notandum arbitratur ex iuramento oriri actionem non solum in fauorem iurantis, sed etiam in fauorem illius, contra quem iuratum sit, quod inquit esse valde notabile, ut dixit gloss. in verbo teneri, per ea quæ habentur in l. euidenter, ff. de exceptio. rei iudicat. sed sic est, quod id ex necessitate contractus accidit, ut habetur in text. ibidem. Ergo consequens est, ut illa actio detur: quandoquidem cum quis actionem habet ex aliquo contractu vltro citroque obligatorio, ideo eam habet, quia contractus extat, aut celebratus fingitur, sed sic est, quod eo celebrato actio hincinde oritur, merito etiam e contra consequitur, ut pariter etiam actio in hoc casu oriatur. Verum vltra prædicta, quod iuramentum vtilem producat actionem, voluit Natta in consilio 262. numero decimo septimo, volum. secundo. dum vult, ut iuramentum etiam sine cessione transferatur, & confirmando conclusionem suam inquit Barto. in d. l. iusiurandum, dubitare an illud quod dicitur de illo text. videlicet quod à iuramento iudiciali vtilis actio domino sine cessione acquiratur, in quolibet iuramento locum habeat, concludit ibidem omnino procedere propterea † quod quodlibet iuramentum litis contestatæ vim habet d. l. nam & postea, §. si quis, & in iudicio vtilis actio sine cessione acquiratur, ut inquit ibidem gl. vbi & Castr. etiã inquit intelligere illum tex. tam in iudicio iudiciali quàm extraiudiciali, ex quo vtrunq; vim iudicii habet, & ita tenere communiter Docto. attestatur ibi Alexand. & sequitur Ias. latius, id deducens, & ex his respondet Natta objectioni cuiusdam iudicis, qui dicebat id non posse ad illud adaptari, quod actio transeat sine cessione ex quo opinio Doctorum id tenentium fundatur in d. l. nam & postea, §. iusiurandum, ff. de iureiuran. qui text. loquitur in iuramento iudiciali, & litis decisiuo: sed ibi interueniat tantummodo iuramentum extraiudiciale, quo conuenta obseruare promittitur, & dicitur id velle Bartol. in d. §. iusiurandum, & est intentionis Ias. in dicto §. si stipuler, in fine, & sic ex supra scriptis respondet Natta huic objectioni. Querit præterea Corneus ibidem, an quando huius iuramenti executio † petitur possit contra emptorem petentem exceptio pretij ab emprote non soluti opponi, cum venditor eam non opposuisset ante ipsum iuramentum, & inquit dicendum esse posse, argumento text. in d. §. si iurauerit, & text. in d. §. Marcellus, subsequenti.

Vbi habetur, quod post iuramentum de illis 10. non solutis opponere potest ad impediendum actionem pignoratitiam, & eius effectum. Dicit tamē Barto. contrarium tenuisse, ob id quod † prædicta exceptio pretij non soluti peremptoria est, & ideo ante iuramentum opponi debet, ut natura est, peremptoriarum, l. peremptorias, Cod. sentent. rescri.

non posse. Nec inquit obstare tex. in d. §. si quis iurauerit, propterea quod ibi via executiua non agitur, sed actione ex ipso contractu iurato: & ideo si a-agenti exceptio obstat, mirum non est, quæ executioni non obstaret. Minus quoque obstare arbitratur tex. in dicto §. Marcellus, propterea quod ibi antequam soluantur illa 10. actio pro re pignoratata orta non est. l. si rem, §. omnis. ff. de pign. actio. & id eo illa exceptio natiuitati opponitur: secus autem est ante pretium solutum in venditione, propterea 6
† quod in eo casu ante pretium solutum actio orta est, licet obstet exceptio. l. Iulianus, §. offerri. ff. de actio. emptio. & venditi. & ita inquit Bartolus, At Bald. in l. secunda, C. senten. rescindi non posse. & in l. fundus, qui Lucii Tirij, ff. de rescind. vend. per textum, in dicta leg. fundus, tenet contrarium, & in dicta l. Iulianus, §. offerri, inquit de dicto pretio non soluto in vim retentionis pro pignore opponi posse, non autem in vim veræ exceptionis, & ita etiam inquit Corne. eū firmare in dicto §. si quis iurauerit, Perr. a Duena. Propterea quod licet exceptio opponi non possit, potest tamen officium iudicis implorari loco exceptionis, argumento l. final. ff. de petitio, hered. & melius probatur in l. plane, eodem titul. & voluit etiam Bald. in l. per hanc, C. de tempo. appella. & in aliquibus lecturis in authent. si tamen, eodem tit. quod in appellatione utique de pretio non soluto opponi potest, licet in prima instantia dictum non sit, per textum in illa l. & in l. eos, C. de appellatio, & ideo sentit, vt si non appelletur, de pretio non soluto obiici non possit. Id autem tunc procedit, si prius venditionem fortasse negauerit: quandoquidem tunc æquum non est, vt exceptionem pretii non soluti habeat post iuramentum seu post sententiam, siue ab ea appellauerit, siue non, propterea quod quis fructus ex eo consequi non potest, quod impugnare conatus est. c. ex eo, de regul. iuris, libr. 6. vt voluit Bald. in dicto §. si quis iurauerit, & facit text. in l. Papinianus, §. meminisse ff. de inoff. testam. & ita declarando videtur Bald. de hoc articulo varie loqui, & ideo inquit Dominum suum tenere, vt si venditor neget venditionem, proculdubio prædictam exceptionem opponere non possit, vt supra. si vero tantummodo venditionem factam vel designatam, & tunc talis exceptio opponi possit. subdit præterea ibidem Cori. id verum non putare, si ad rei venditæ traditionem actū non sit, sed ad declaratipnem venditionis factæ, vel non factæ: quandoquidem tunc venditori imputandum non est, si antea de pretio non soluto non exceperit: cum tunc talis exceptio non competet, ex quo ad ipsius rei traditionem non agebatur, vt habetur in d. §. offerri, & l. si pendente, ff. de actio. empti. & l. si pater, in fin. C. eod. tit. & inquit ad hoc optime facere illud, quod notat Bartolus in leg. prima, §. parui, ff. quod vi. aut clam. & glos. in cap. primo, in verbo, processus, extra de rescripti. & Innocen. in capit. cum olim, extra de causa possess. & proprietat.

Tertius præterea casus est, vt talis exceptio pretii non soluti obiici non possit, si iurauerit fortasse quis emisse, & pretium soluisse. Plane tunc de pretio non soluto excipi poterit, vt habetur in dicto §. dato, id quod verum quoque esse & procedere arbitratur, si iuramentum super venditione nulla pretii soluti facta mentione delatum sit, sed vtrumque iuratum sit, vt diximus in dicta l. sed & si possessori.

Subdit præterea ibidem Corneus, Præceptorē & dominum suum voluisse, vt si rem tradi debere iuratum sit, vel opinionem contra Bartolum præualere iuribus & rationibus; de quibus supra dictū est, & præsertim per textum in dicta l. fundus, qui Lucij, & per textum in d. §. si quis iurauerit, ac ea etiam ratione, quod talis pretii petitio sententiam non impugnat, vel ipsum iuramentum: quod sane principaliter attendendum est, propterea quod videtur, vt omnis † exceptio quæ sententiam vel iuramentum non impugnat, deinde etiam post sententiam & iuramentum opponi possit, l. ex diuerso, §. primo, ff. soluto matrim. & tradit Bart. in l. Nefennius, §. final. ff. de re iudic. ergo pariter & ea exceptio pretii non soluti opponi poterit. Et licet in hoc quarto casu subdit eodem in loco Corneus ob Bartol. rationes aliqua suboriat dubitatio, eam tamen aduersus Bartol. opinionem tenuisse Archidiacon. in c. si quis tertia, quest. septima, & præsertim si de hoc non in vi propria exceptionis opponatur, sed in vi retentionis, per ea quæ dixit Bald. in l. si tradito, colum. secunda, C. de actio. empti, dum vult, quod licet, exceptio nulla contra agentem ex instrumento emptionis iurato possit opponi, tamen rem venditam loco pignoris retineri, donec pretium soluat, propterea quod id proprie excipere non est, sed pignori incumbere. id quod sequitur etiam Butrius & Imola in c. cum Ioannes eremita, extra de fide instrum. & Bald. in d. c. si quis iurauerit. cautius tamen agi existimat, si venditor de pretio non soluto non excipiat, sed dicat, velle rem venditam pro pretio non soluto, loco & iure pignoris retinere: subdens eademmet, quæ diximus de pretio non soluto, pariter etiam de exceptione rei non traditæ dicenda esse, vbicunque iuratum fuerit, vel sententia decisa, pretium dari oportere, vt attingit Ang. in l. filiusfamil. ff. de except. rei iud.

Verum ad illud, quod supra de actione dicebamus redeundo, Cardina. Alb. in l. eum qui, §. si petenti, ff. de public. in rem actio. inquit Bartol. ibi tenere, vt re ex iuramento tradita competat publiciana, & si §. ille communem opinionem turbare videatur, quæ vult, vt publiciana tantummodo quasi domino competat, non vero & directo. Vnde Ias. in §. sed ista colum. secunda, & sequent. institut. de actio. vbi de hoc articulo tractat, multa cumulat & deducit.

Præterea rursus Cardinal. Alb. in dicta l. si duo putroni, §. si quis iurauerit, numero primo, ff. de iureiurando pariter inquit ex iuramento solemniter præstito ex ipso contractu, cuius forma iuramentum continet, vtilem dari actionem, & subdit ultra tradita ibidem à Doctoribus animaduertendum esse, Bartol. ex eo text. colligere in consil. inchoante, in nomine Domini proponitur, quod Ioannes, præsumptiones quæ aliquo ex casu oriuntur, cum omnibus suis qualitatibus sumendas esse. Rursus Cardina. Alb. in l. actori, C. de reb. credit. inquit Bartol., ex ea l. adnotare, ex iuramento præstito vel remisso actionem oriri: limitandam tamen arbitratur illam legem per ea, quæ dixit Bart. in l. secunda, ff. eodem titu. vbi tradit etiam Ias. col. 1. vers. in ea.

Præterea Alberic. de Rosate in dicta l. sed & si possessori, numero septimo, ff. de iureiuran. inquit vltimo loco pro declaratione totius tituli querere, quænam † actio ex iuramento competat, & eos inquit 8
ita

ita distinguere: Aut enim, inquit ipse, tractamus de actione reali, & tunc aut res est iurantis, & iurans tres habet actiones, videlicet rei vendicationem directam, quæ datur domino. *l. in rem actio. ff. de rei vendica.* Item actionem in factum ex ipso iuramento contra contrafacientem, & eius successores. Item & vtilem in rem, vt pariter etiam dixit Alber. in dicta *l. sed si possessori, nume. 2.* Illud ¶ valde adnotandum tanquam mirabile & insolitum arbitratur, quod directæ rei vendicatio & vtilis concurrant. Respondendo tamen huic obiectioni, id iuramenti causa accedere arbitratur, propterea quod illud tantum attenditur, quod sit iuramentum. *d. l. nam & postea §. dato, ff. de iureiur.* Nec id inconueniens existimat, argumento. *l. primæ, §. per hanc, ff. de rei iud. & l. si eum, ff. de exceptio. & l. si creditori, §. id quod, ff. de lega. primo.* Aut enim, inquit ipse, deferens est dominus: Et tunc, aut iurauit is, cui delatum est rem suam esse, & locum habet solummodo in factum actio ex iureiurando, & actio vtilis in rem, vt dicta *l. sed si possessori, in princi.* Aut vero res est tertii, & tunc contra deferentem tantum, & eius successorem, non autem contra alium prædicta actio in factum locum habet, vt habetur in dicta *l. sed si possessori, in princip. & l. eum qui, ff. de Public.* Si vero queratur, quænam actio detur contra ¶ tertium: & tunc inquit, aut sequuta est traditio & Publiciana locum habet contra quemlibet, præterquam contra dominum *l. eum qui, §. si petenti, ff. de Publiciana,* contra autem verum dominum actionem vllam non dari, nisi præscriptione sequuta. *l. si duo, §. Iulianus, ff. de iureiurando.* Aut vero loquimur de actione personali, & tunc aut iuratur simpliciter, & competit actio in factum: aut est adiecta causa, & agitur ex ea causa, vt inquit Alberic. notasse & dixisse in lege actori, *Cod. de rebus creditor. & iureiuran. & Rossred. in titulo de action. in fact. qua dat. ex iuram.*

Verum quia adsunt nonnulli contractus, qui actionem non pariunt. *l. iurisgentium, in principio, ff. de pact.* vt puta permutationis: quia dixi mutuasæ Codicem meum cum ff. tuo, & te deferente iuravi ita esse: queritur, quæ actio detur? & nullam dari dicentem videtur. *l. ex placito, Cod. de rerum permutat. & l. si duo, §. si quis iurauerit, & l. Marellus, ff. de iureiurando.* In contrarium vero, quod immo saltem actio in factum detur, argumento *l. hæres à debitore, §. primo, & sequenti ff. de fideiussor.* vbi est casus notabilis argumento *l. final, ff. de liber. & posthum. & l. certi conditio, §. quoniam, ff. si cer. per.*

Verum prædictis non obstantibus Alberic. nullam dari actionem arbitratur, cum iuramentum pro veritate habeatur, non aliter ac si id, de quo agitur, concludenter probatum esset. *dict. §. item si iurauero, & dict. l. sed & si possessori, ff. de iureiurando.* At si permutationem interuenisse simplici pacto probetur, vtique actionem dandam non esse arbitratur, vt habetur in dicta *l. iurisgentium.* Ergo, &c. Quæ autem actione ex iuramento in delictis præstito agatur, est tex. in *l. si duo, §. si quis iurauerit, ff. de iureiur.*

Verum quia actio præcedentem obligationem præsupponit, merito antequam ad alia descendamus de obligatione à iuramento descendente nonnulla deduci debent: & in primis illud, quod dixit

Imola in capitulo peruenit, numero secundo, extra de arbit. vbi notat fidei præstationem de iure canonico obligationem producere. Vnde infertur in terminis nostris, per iuramentum & pactum nudum de iure canonico actionem oriri, vt habetur in *l. extra de pact.*

Quænam autem differentia sit inter fidei præstationem, & iuramentum, refert se ad ea, de quibus habetur in capit. ad aures, extra quod mer. causa, & in capit. clericus, extra de iureiura. Verum animaduertendum est illud, quod dixit Imola in capitulo nouit, extra de iudic. & notat Bal. dicentes iuramentum pactum non inducere, iuncto capitulo primo, extra de pact. post Butrigarium & Bartol. in *l. prima, Cod. de oper. liber. & Bald. ibi, & Imola in capitulo cum venisset, extra de iureiurando.* & ideo dicunt, quod iurans aliquid dare, vel facere sine stipulatione, & sic pacto nudo, nulla competit ei canonica vel ciuili actio ex ipso iuramento, sed denunciationem impetrari posse, & sic videntur præcedenti conclusioni contradicere. Redeundo modo ad obligationem, dicit Ioan. Fab. in *§. item si quis postulante, numero secundo,* ¶ quod ex delatione & præstatione iuramenti quædam oritur obligatio, propterea quod quasi contractus dicitur. De his autem actionibus late tradit idem Ioan. Fab. in dicto *§. item si quis postulante numero secundo, vsque ad nume. decimum tertium, Instit. de actio.*

Præterea quod iure quoque ciuili & canonico iuramentum obligationem inducat, & ideo actio oriatur & obligatio, dixit Guido Papæ in questione 190, numero quarto, per ea quæ volunt Canonista in dicto capitulo cum venissent, extra de constitut. quos sequitur Bartol. in dicta leg. si quis pro eo, dum inquit, quod ex quo ius canonicum iuramentum seruari debere disponit, in capitulo, cum contingat, extra de iureiurando, merito actionem producere debere, & etiam obligationem, argumento. *l. statuas ff. de acquir. rer. dom. & notat gl. in d. auct. sacramenta pueri. C. si aduersus vendi. & etiã inquit Henr. de Boue. in d. auct. sacramenta pueri, in sua repetit. in materia causa efficiens, in 1. quest. principali, ver. ex istis effectibus, & si Innoc. in dict. cap. cum venissent, & in cap. nouit, extra de iudic. contrarium dicat, quod scilicet actionem producat, non autem monitionem: attamen Innoc. in d. Quintauallis, in principio, officium iudicis producere voluisse. At Hostiensis & Ioan. And. in d. c. cum venissent, & communiter Canonistas, vt actionem producat voluisse. & mouentur potissimum per tex. in d. c. rescripto extra de iureiuran. & Bartol. in d. leg. si quis pro eo. est tamen hoc loco animaduertendum quod licet ex dictis capitulis contrarium colligi videatur: hanc tamen opinionem de iure canonico veram esse attestatur, & ideo ad eam comprobendam dixisse Bartol. in dicta leg. si quis pro eo, in fine, quem in hoc sequitur Henricus de Bouenco in prædicta sua repetitione, in materia causa finalis, quod quando contractus prohibetur ob subditorum commodum, vt habetur in lege secunda, & in leg. cum his, ff. de transaction. vbi transactio prohibetur super alimentis, pariter prohibeatur pactum, ob quod quis futuræ successioni renunciat. Præterea prohibetur etiam pactum, quo quis futuræ successioni renunciat. *l. pactum, Cod. de pact. & in leg. pactum, Cod. de colla-**

rio. In his enim casibus contractus iuramento confirmatur, & producit actionem, & obligationem, ut habetur in *l. quamuis pactum, de pac. lib. 6.* Non enim sunt prohibiti huiusmodi contractus ex eo quod sint contra bonos mores, sed ob subditorum utilitatem, propterea quod facillime ius suum futurum renuntiarent: & ideo legem voluisse providere subditorum provisionibus non principaliter ob favorem publicum. Item in donatione inter virum & uxorem, quæ quidem prohibita est, ne vnus ditor efficiatur, alter vero pauperior, quæ etiam iuramento confirmatur, ut voluit *Guiliel. de Cum. in l. 1. ff. de donat. quem sequitur Bartol. in dicta l. si quis pro eo, in fin. & in l. Seius & Augerius. ff. ad l. Falcid. & Henr. de Bouenco. in d. sua reper. & Rapha. Cuman. in l. si quis pro eo, & hæc est communis sententia, ut ibidem inquit Guido Papæ, allerens pluries secundum eam vidisse iudicari, & si Ange. contrarium voluerit, ut dixit idem Cuman. in dicta l. si quis pro eo. & eam Ange. opinionem sequatur *Guiliel. de Monte Lauduno in clement. 1. de iureiurando.* verum subdit Guido Papæ eorum opinionem in iudicando receptam non esse.*

Præterea Abbas in cap. iuramentum, numero secundo, extra de iureiurand. inquit, putare ex quolibet iuramento licito & solemniter præstito actionem oriri, dummodo materia ad hoc disposita sit: Et ratio est, quia tam ius diuinum, quam canonicum iuramenta seruari præcipiunt. *c. & si Christus, & cap. cum contingat, & capit. debitores, extra de iureiurando. cum aliis similibus.* Ergo & ius quoque agendi competere dicendum est *l. statuas. ff. de acquir. rer. domin. & l. vnica. ff. de conditio. ex lege.* & idem inquit adnotare gloss. in cap. cum liberum, extra de sepul. & cap. si canonici, de offic. ordin. in sexto, & de hoc late tractant *Docto. in cap. cum venissent, extra de institutio. vbi latissime profequitur Abbas.*

De iure autem ciuili, eius opinionis fuit Bartol. ut si iuramentum assertorium litis decisorium sit, & si extra iudicium præstetur: attamen actionem producat & executionem paratam habeat. Hunc autem articulum, an iuramentum paratam habeat executionem, late examinat & discutit *Ias. in §. item si quis, in vltim. carta. Institut. de actio. & ibi concludit cum opinione Bart. in dicta l. secunda, ff. de iureiurand.* quod habeat, & ideo commendat illam opinionem, quod in fine cuiuslibet instrumenti iuramentum semper apponatur, eo modo, de quo ibi per eum. Verum redeundo ad Abbat. dum inquit iuramentum executionem paratam habere, huiusmodi deducit exemplum, ut puta si quispiam extra iudicium alicui iuramentum super aliquo contractu seu controversia deferat, & ille cui defertur iuret: nam tunc illud iuramentum executionem paratam habere arbitratur. Hanc tamen conclusionem aliquibus Legistis duram visam fuisse, inquit Abbas eodem in loco. & eam quoque reprobatur ipsemet, propterea quod iura ciuilia, quæ in hoc actionem tribuunt, de iuramento in iudicio præstito loquuntur, ut habetur in *l. actori. c. de iureiurand. & facit text. in dicta l. si duo patroni. ff. de iureiurand.* & præsertim quia ratio quam posuit Bart. in *l. quarta, §. si ex conuentione. ff. de re iudicat.* de iuramento obligationis introductorio Bartol. videtur reprobare tenendo ius agendi non competere, per textum, in *leg. si quis pro eo. ff. de fideiussor.* vbi referendo hoc dictum refert, se

ad ea, quæ dixit in capitu. cum contingat, extra de iureiur.

Non est etiam omittendum illud, quod dixit Bartol. in *l. prima, numero duodecimo. ff. de public. iudic.* dum inquit apparere in iuramento, quod si quispiam formiter & solemniter iuret emisit, vel locasse actionem ex eo contractu emptionis vel locationis competere, non autem ex ipso iuramento, per textum in *d. l. si duo patroni. §. item Iulianus. & §. sequent. ff. de iureiurand.* si vero iuret informiter, vel minus solemniter, actionem ex ipso iuramento dari prout etiam in simili dicitur, quod si statutum disponat de aliquo delicto in statuto expresso, de quo lex aliqua antea disponebat: actionem dari ex ea lege, non autem ex ipso statuto, cum alioquin ex ipso statuto agendum esset, & statutum, non legem antiquiorem actionem producere, ut ibi latius Bart. profequitur.

Dicit præterea Bart. in *d. l. si duo patroni. §. Marcellus, numero 1. 2. & 3. ff. de iureiurand.* quando iuratur super contractu vtilem actionem competere ex eo contractu, quod tunc verum est, si actio competere, quia verè contractus intercessisset, & id intelligit Bar. ibi, quatenus dicitur quod ille, qui dedit librum pignori pro 10. posse librum repetere, nisi creditor probet illa 10. mutuassee, inquit Bart. id intelligere, quando quis iurauit dedisse librum in pignus pro 10. quæ recepit. Secus vero si simpliciter dixisset, pro 10. prout intelligit gl. ibi, Quærit præterea Bartol. ibi, qua actione ille iurans ad 10. conueniatur. & inquit gloss. respondere, actione in factum conueniendum esse, propterea quod quo ad illa 10. non formiter, sed difformiter iuratum est. Rursus quærit ibidem Bar. si forte quispiam conueniatur de permutando librum suum cum libro alterius, & iurauerit: an ex eo iuramento agere possit & responderet, non posse: quia contractus qui iuramento exprimitur, ex seipso actionem non producit, nisi rei interuentu vestiretur, ergo, &c. ut habetur in *d. §. Marcellus.* Rursus quærit ibi Bald. quid si iurauerim à te rem emisse pretio quodam certo & conuento, summa tamen expressa non sit, an ex eo iuramento agere possim? Et responderet agere non posse dicendum videri ob id, quod pretium certum non est, ut habetur in *§. pretium. Institut. de empti. & vendit.* soluendo tamen putare inquit Bartol. eum contra quem iuratur. petere posse ut ille certum pretium exprimere teneatur. *l. certum, in principio. ff. de confess.* & si non exprimat, putat ipsum ex parte sua agere posse ad ipsam rem. Sicut enim, inquit ipse, ex vna parte formiter iurari potest, ex alia vero informiter: pariter etiam in proposita quæstione ex vna parte iuramentum certum continere potest, ex alia vero incertum, propterea quod nihil repugnare videtur. De hac quæstione late tradit *Ias. in §. item si quis, il secundo, numero 39. Institut. de actio.*

Præterea profequendo ea, quæ ad iuramenti actionem pertinent, animaduertendum est, Bartol. in dicta *l. nam & postea*, ut supra diximus, voluisse ut non solum actio ex ipso iuramento oriatur, sed etiam exceptio, numero tertio, versiculo tertio notatur ex hoc text. *ff. de iureiurando, & idem notat in §. sequent.* & idem tenuit in eadem *l. §. iureiurando, & deinde quærit, vnde colligatur oriri actionem ex tali iuramento, cum in ipso edicto nihil de*

nil de actione dicatur, sed de exceptione tantum. Vnde ad hoc respondet Barto. credendum esse in edicto plura verba extitisse, ex quibus fortasse apparebat, Prætores ex iuramento actionem dare, & ideo Doctor. nostri hanc actionem iurisiurandi posuerunt interpretatorias, prout posuit Ioan. in Arbo. & Roffredus in libellis. Et deinde tertio loco quærendo, quæ nam sit hæc actio, refert se ad glof. successiue quarto loco quærendo, quando agitur ex iureiurando, an iuratum esse, vel iurandum remissum fuisse, iurare satis sit, & inquit tex. ibi sufficere existimare: verum Barto. inquit suppiendum iuramentum delatum fuisse probandum esse, vt habetur in *leg. tertia, in principio. ff. de iureiuran. & deinde in continenti iuratum, l. non erit, in fin. ff. de iureiuran.*

Iterum Bart. in l. si quis pro eo, nume. quinto, ff. de fideiussor. quærit, an huiusmodi iuramentum de iure civili saltem naturaliter obliget, & inquit ibi esse tex. quod non obliget: & mouetur ea ratione, quod si naturaliter obligaret, tali naturali obligationi fideiussor accedere posset, *l. 2. ff. de iureiur. & ita subdit Bart. tenere ibi Docto. & ideo dicendum esse, nullam præcessisse promissionem, etiam ex pacto nullo, sed simplex iuramentum: quandoquidem si pactum præcessisset, saltem illi naturali obligationi accederet fideiussor: vnde etiam apparet, iuramentum vim pacti non habere, propterea quod iurando parti promittere non dicor, sed potius Deo: quo fit vt pactum duorum consensus ad idem non sit, vt habetur in *leg. prima, ff. de pact. & ideo quod naturaliter obligatio non oriatur, mirum non est.**

Quatenus vero Bart. in dicta l. si duo patroni, §. item Iulianus, nume. 4. ff. de iureiurand. inquit, quod si iuretur, vel pronuncietur super facto, tollitur omnis actio, quæ ex eo facto oriri potest, vt existimat velle illum text. si vero super actione iuretur vel pronuncietur, vtputa quia Iudex pronunciat quempiam furti non teneri, vel iurat te furti non teneri: nam in tali casu non consequitur, quin actione furtiua tenearis, & ideo inquit cōdictione futiua agi posse, vt loquitur *l. contraria*. Dicit subdendo Bart. contra prædicta facere tex. in *l. contraria*, videlicet in *l. si pro fure, in princ. ff. de condict. furti*. vbi dicitur, *si pro fure damnū decisum sit*. nam videtur quod decisio super facto emanauerit. Verum Bart. prædicta substinendo inquit, intelligendum esse ibi pro fure, hoc est super actione furti, *l. inter omnem, §. hac actio, ff. de furt.* Alii vero, vt Ioan. dicunt ibi tranfactū fuisse, & ideo quis delictum confessus videatur, *l. quoniam, ff. de his, qui notantur infamia*. In dicto vero §. item Iulianus, quo delictum negatur, aliter dicendum esse, & hanc rationem cum præcedenti iungendam esse arbitratur, & ideo distinguendum esse subiungit hunc in modum: Aut enim fuit tranfactum, aut sententiatum siue iuratum. In secundo vero casu subdistinguit: Aut super facto, aut super actione certa, vt ex prædictis apparet. Secundo loco opponit de rex. in *l. si quis uxori, §. si quis iurauerit, ff. de fur. & inquit glo. ibidem duplicem solutionem afferre, & quamlibet ipsarum veram esse posse: vltimam tamen veriorem putare, vt scilicet post iuramentum conditione furtiua non agatur, sed rei vendicatione, in qua nihil comprehenditur, quod præcedenti iuramento repugnet, vel contradicat.*

Omittendum tamen quo ad prædicta, dum diximus iuramentum super facto præstitum omnem tollere actionem, quæ ex facto oriri potest, illud non est, quod dixit Ias. in *consil. 16. num. 3. volu. 1.* dum vult, vt licet iuramentum nouationis vim habeat, vt supra late diximus, & habetur in *l. qui iurasse, §. si, cum glof. ff. de iureiurand.* & multo magis laudo, arbitratorum iuncto partium consensu nouatio inducatur: vt voluit Specul. in *tit. de arbit. §. sequitur, versicu. hoc quoque notandum, il secundo. & versicu. item quæro, an actio nouetur per sententiam arbitri*, & ideo ipso iure prima obligatio & actio extincta intelligatur: attamen Ias. *ibidem*, ait illud, quod dicitur iuramentum vim nouationis habere, verum sit, addendo & cumulando, vt supra diximus in illa conclusione latissime, quod iuramentum addat forum foro, nō non autem extinguendo: & idem sit dicere, vt iuramento prima actio non tollatur, nec extinguatur, sed subsistat, & ei alia ex ipso iuramento addatur vel cumuletur, vt declarat glo. *notabilis & approbata in d. l. qui iurasse, §. fin. per text. in dict. l. eum qui, in princip. in verbo, cum omnia, in eo ritu, secundum intellectum, quem ibi sentit gloss. super verbo, omnia, in fin. & ibi aperte declarat & firmat Bartol. in 2. colum. & illud, quod dicit Ias. in iuramento, vt ipse ait, procedit etiam in sententia, quæ pariter accumulatiue & aggregatiue, non autem extinctiue vim nouationis habet, vt est glo. *ibi*, & tradit Bart. in *l. nepoti, ff. de fundo instru. instrumen. lega. & est etiam alia glof. in l. duobus, ff. de except. rei iudica. & iterum est gloss. in l. i. c. de iudic.**

Et sic huiusmodi fundamento prædicta confirmari, non autem impugnari manifeste apparet. Nā si iuramentum, sententia & laudum arbitri a partibus confirmatum cumulatiue & aggregatiue nouationis vim habent, non autem extinctiue: certe primam actionem ex contractu orientem non solum extinctam non esse, manifestissime apparet, sed potius subsistere & alteri adiectam & cumulatam esse. Tantum igitur abest, vt nullo modo extincta sit prima actio, vt de iure possit & debeat intentari.

Præterea, quod iuramentum producat actionē tradit Ias. in *auth. sacramenta puerum, nume. 12. c. si aduers. vendit.* dum limitando illud, quod supra dixerat, quod iuramentum promissorium de iure civili non producebat actionem, id tunc inquit procedere, quando vnus tantum iurat, at si partes mutuo iurent, tunc forte præscriptis verbis actionem oriri ob id quod resultet contractus innominatus, videlicet iuro vt iures, argumento *l. naturalis, ff. de præscript. verb.* & ita inquit singulariter dicere Bal. in *c. 1. §. item sacramenta, col. fin. in tit. de pace iur. firman. in vrbibus feudo. & nonnulla tradit Abbas in d. cap. cum contingat, nu. 31. extra de iureiur. & Alex. in consil. 69. nume. 15. volum. 3.*

Quærit præterea Barto. in *d. l. sed si possessori, §. sed cum de hereditate, numero 10. ff. de iureiurand. in vltim. notabili.* an ex iuramento competat vtilis actio, an in factum? & concludendo inquit: vtramque competere, & ideo inquit animaduertendum esse, quod præstito ab actore iuramento in reali actione, si vere est dominus, habet rei vendicationem & actionem in factum, & vtilem in rem, vt ibi apparet: at si non sit dominus actionem in fa-

ctum,

etum, & vtilem in rem, vt ibi, & publicianam si ex traditione nitatur, vt habetur *in d. l. sed si possessori, in princip.* si vero iuramentum possessori deferatur, & iurauerit rem suam esse, & tantummodo habere actionem in factum, & vtilem in rem, & rei vendicationem directam, si vero vere sit dominus, publicianam non habet, vt notatur *in l. sed si possessori, in princip.*

Præterea Riminal. *in l. ait prætor. §. si petitor. ff. de iureiuran.* quatenus Bart. quærebat, an actio quæ oritur ex iuramento, natia dicatur, vel datia, constituendo differentiam, an iuramentum præstetur super actione personali, vel reali, inquit cum iis quæ dixit Barto. *transire Bald. Ang. & Paul. Castren. in d. §. si petitor. & iterum Ange. in l. fin. ff. de re iudic.* et si Imola ibi contrarium voluerit, & antea Cyn. & Saly. quos referunt iuniores *in d. l. actori, vt dixit ibidem Riminal. & Raphael in d. §. si petitor,* inquit verba Bartoli & Raphael. dupliciter intelligi posse, videlicet vno modo, quod Bar. loquatur de actione in factum quæ datur ex ipso iuramento alio vero modo de actionibus vtilibus, quæ dantur ex eodem iuramento, de quibus habetur *in d. l. si duo patroni. §. 1. & §. si quis iurauerit.*

Circa primum licet Bart. non faciat differentiam inter personales actiones & reales, & de realibus loquens ex eo moueatur, quia in eis non datur obligatio. *l. Institutionib. §. 1. ff. de action. & obligat.* attamen Imola *in d. l. §. si.* & Raphael *ibidem* dicunt, prout supra iterum retulimus, quod sicut per sententiam dicitur quasi contracti. *l. 2. §. fin. ff. de prætor. stip.* & ideo ex eo quasi contractu oritur obligatio & actio in factum, ex quo præexistentem materiam habet, ex qua oriatur, *l. iurisgentium in prin. ff. de pact.* Ita etiam de iuramento dicendum esse, ex quo etiam per dilationem & præstationem ipsius iuramenti oritur quasi contractus, *d. l. qui iurasse §. fin. ff. de iureiuran.* & ideo vult, vt huiusmodi actio datia dicatur: quandoquidem & hæc quoque actio non solum in personalibus, sed etiam in realibus datur, si delatum sit iuramentum. Subdit tamen eodem in loco Riminal. animaduertendum esse, hanc rationem nõ procedere, propterea quod huiusmodi conuentio, quæ ex delatione descendit & iuramenti præstatione, ad obligationem inducendam tendere non videtur, sed ad iam inductam declarandam: & ideo dicitur iuramentum ad finiendas lites & probationes deferri, vt ipsemet Riminal. dixit *in l. 1. & in d. l. ait prætor ff. de iureiur. post Bart.* Idem quoque accidit de confessione, quæ pariter ad inducendam obligationem non tendit, sed ad iam inductam extendendam atque dilatandam, *l. Publica, in fi. ff. deposit.* & ideo videtur illud quod dixit Bar. tunc procedere & locum habere, illud considerando super quo iuramentum interpositum est: quandoquidem si in eo caderet obligatio, actio ipsa natia diceretur: si vero non cadat obligatio datia. Accedat etiam, vt subdit Ioan. Maria Riminald. illud quoque animaduertendum esse, quod secundum Bart. accideret, vt actiones omnes reales essent datia: quod quidem dicendum nullo modo est, cum ex contractibus oriantur, iuncta rei traditione, ex quibus dominia acquiri solent, vnde actiones reales descendunt.

Id præterea comprobatur ex iis, quæ habentur

in l. si tibi decem millia. ff. de pact. vbi ex pacto nascitur obligatio, & ideo præexistentem materiam habere dicitur, *iuxta d. l. iurisgentium. ff. de pact. ex quibus oriuntur.* Quo vero ad secundum, in quo Salycet. *in d. l. actori,* intelligit dictum Bart. *in dicto §. si petitor,* dicendum censet illas viles actiones etiam in reali actione dici natias, prout & actiones reales natia dicerentur, quæ vere competere; cum dominium acquisitum præsupponerent per eum, cui competere; & ita præexistentem materiam haberent, ex qua orirentur, *l. 1. ff. de aliena. iudic. musan. cau. sac. & in l. si. ff. de rei vendic.*

Comprobatur id, vbicumque per iuramentum Prætor fingit eum, qui iurauit, esse dominum, prout in ipsis actionibus personalibus contra eum fingit esse celebratum, vt patet *in dict. l. si duo patroni. §. 1. & in d. §. si quis curauerit, & in eadem l. §. 1. & in d. l. non erit, §. dato, & infra in eadem l. §. fin. & id subdit Riminal. verius censeri, prout etiam tenet Salyc. *in d. l. actori. Cynus in d. §. si quis iurauerit,* & referunt, vt ipse attestatur recentiores *ibidem.* Præterea idem Ioan. Maria Riminal. *in d. §. si petitor, num. 3.* inquit glo. intelligere tex. *in d. §. si petitor,* de Publiciana loqui, quæ a traditione post iuramentum sequuta protinere intelligitur, vt de sententia habetur *l. 3. §. fin. ff. de Public.**

Alia autem fuit opinio antiquorum quos sequitur Raphael *in d. §. si petitor, & Roman.* & est huiusmodi, videlicet quod ibi fuerit intentata Publiciana, & ab ea delatum iuramentum, ac præstitum. Nec prædictis inquit obstare text. *ibi,* dum inquit, *rem suam esse iurauit,* quia, vt aiunt recentiores *in d. §. petitor.* etiam in Publiciana res sua dicitur. *§. alie. Instit. de actio. & facit illud, quod notat Bart. in l. Quintus, §. argento, ff. de auro & argen. legat.* Subdit tamen ipse Riminaldus, illud addendum esse contra huiusmodi intellectum plura obstare & primum dum præsupponit, & pro vero & claro præsupponit, quod ibi Publiciana ageretur. Nam hoc, vt ipse arbitratur, diuinationem continet; Quinimmo cum in eo tex. dicatur iurasse rem esse suam, vt rei vendicatione ageret potius, ac verosimilius credendum esse, & iuramentum ita præstitum intelligatur, prout fuit delatum, vt habetur *in d. l. 3. §. iurari, ff. de iureiur.* Pariter etiam verosimilius videtur, vt iuramentum de eo delatum fuerit quod intentabitur, & sic super rei vendicatione, per eam quæ habetur *in l. 1. & in l. 2. ff. de iureiuran.* & ideo magis dicendum videtur, cum illa verba, *rem esse suam;* magis rei vendicationi, quam publicianæ conuenire videantur, vt habetur *in d. l. si duo patroni §. 1.* Nec inquit obstare tex. *in d. §. alie.* quia in publiciana quis non dicitur simpliciter rem suam esse sed quasi suam, vt ibidem inquit ille tex. *in fi. Quinimmo deducendo Publicianam, & probando dominium, quis non potest obtinere, vt notatur in l. 1. ff. de Public. & multa alia in his terminis tradit ibidem Rimin. nu. 3. 4. & 5. ad quæ me breuitatis causa refero.* Poterit namq; quispiam, prout sibi videbitur opportunum ad factum applicare.

Quoniam diximus supra iuramentum præstitum super contractum vltro citroque obligatorio non solum in fauorem eius, qui iurauit actionem producere, sed etiam contra eum qui iurauit: Sciendum est hanc eandem conclusionem firmatè

Ioan. Mariam Riminal. in d.l. si duo patroni. §. Marcel-
lus. num. 2. ff. de iureiuran. & in §. precedenti eiusdem l. &
id procedere ait à natura ipsorum correlatiuorum,
quæ est vt vnum sine alio esse non possit: ac etiam
quia natura in quolibet ipsorum extremorū com-
munis esse debet, vt dixit Bart. in l. fin. ff. de acceptilat.
& in l. fin. C. de indic. viduit. tollen. & Bald. in cap. 2. ex-
tra de probat. vbi mentionem facit l. i. C. de cupreslib.
10. Intelligendo tamen hanc conclusionem, quan-
do eadem est ratio in vtroque, ad quod facit etiam
illud, quod notat Bald. in l. i. C. de ser. commun. manu-
miss. & Abb. in cap. 1. extra de locat.

Omittendum etiam non est Ias. in l. ait Prætor,
la seconda. §. iureiurando, num. 1. ff. de iureiuran. nota-
re ex eo text. ita oriri actionem, vbi iuramentum
remissum est, prout quando actualiter præstitum
apparet, vt habetur in d. §. iureiurando, & in d. l. non
erit. §. si neque ff. de iureiuran. & ideo inde autoritate
Salyceti & Romani infert, actionem illam oriri ex
actu vere & realiter gesto, etiam si non perficiatur,
propterea quod à parte fortasse aliqua remittatur.
Præterea subdit facere illum text. ad ea, quæ dixit
idem Ias. in d. l. 3. §. fin. ff. de iureiur. contra Ioan. Fabri,
de quo supra mentionem fecimus, in §. si quis postu-
lante, col. penult. Instit. de action.

Pariter etiam subdit esse cogitandum, an iura-
mentum remissum paratam habeat executionem,
ac si realiter & vere iuratum esset, iuxta illam for-
mam quam tradit Bart. in l. 2. in fin. ff. de iureiuran.
propterea quod stantibus prædictis plura in eo ca-
su specialia concurrerent, vt ipse ibidem latius pro-
sequitur.

Voluit etiam Didacus Couarruias in 2. parte re-
lectio. §. 4. num. 16. de pact. ex pollicitatione iuramen-
to confirmata ad agendum etiam in foro ciuili a-
ctionem efficacem oriri, & id ob vim iuramenti.
Quæ quidem eius assertio & opinio duabus ratio-
nibus comprobatur: quarum prior ab ea opinione
deducitur, quam in prima ipsius relectionis parte
probare conatus est, in 2. §. videlicet iure ciuili ex iu-
ramento actionem & obligationem oriri. Secunda
vero deducitur ab ea quæstione, quam paulo ante
differuit, an scilicet ex pollicitatione de iure cano-
nico obligatio & actio oriatur. Etenim vtcunq; sit
de illa controuersia, quando pollicitationi iuramē-
tum accedit, æquissimum esse concludit ex ea obli-
gationem oriri & actionem dari: & ideo verius vi-
detur, si iuramenti vim diligenter perpendamus:
quandoquidem subdit Didac. non videre, quid im-
pediat aliquē naturaliter absenti obligari nullo ad-
huc cum eo inito pacto, cum naturalis obligatio,
quatenus ad eum attinet, ab eius consensu deduca-
tur: qui quidem consensus perfectissimus est, nisi
lex illum impediat, donec absens ille cui promisit,
expresse vel tacite illam obligationem remittat.

Vltimo præterea loco illud omittendum non
est, de quo tradit Tindar. in c. 10. de teste, nu. 1. in tract.
de testib. dum quærit, an iuramentum per iocum
præstitum obliget: id quod attigit etiam Imola in
c. tua nos, num. 4. extra de iureiur. ex gl. ibi notandum
colligit, quod si quis iocosa quadam leuitate, & ex
consequenti iocose vel forte minus caute lapsu lin-
guæ falsum iurauerit, non habens tamen proximi
decipiendi intentionem, in peccatum mortale seu
veniale non incurrere, & idem inquit tenere gl. in
c. alias ibi deducto. Contrariam verò opinionem

tenet Imola ea ratione, quod ex quo iurans Deum
adducit in testem, iurando in contemptū ipsius Dei
fieri videtur, & cum nulla reuerentia, & ideo mor-
taliter peccet. Vbi autem esset mendacium sine iu-
ramento, illa gl. procedere posset, propterea quod
si iocose fiat, vel minus caute, erit veniale, ex quo
non fit animo decipiendi proximum, alioquin ef-
set peccatum mortale. d. c. 1. 2. 2. quæst. 2. & ita intel-
ligendam esse gloss. in c. ne quis arbitretur, eadem 22.
quæst. 2. & si videatur conuenire cum gloss. in d. cap.
tua nos. Et hanc conclusionē videntur firmare Ioan.
And. & Butr. secundum Archid. post Diuum Tho-
mam in c. habemus. 22. quæst. 1.

Excedit præterea vires iuris communis iuramē-
tum in probatione, & ideo dixit Rom. in sing. 111.
num. 2. iuramento impedimentum probari. c. quia
propter, extra de elect. vbi id tenet Canonista: & idē di-
cunt Legistæ in l. 2. ff. si quis cautio. & in l. quæstum. ff.
de re iudic. cum aliis similibus, & idem inquit voluif-
se Federic. de Senis sapius in suis consiliis, & licet
Roman. ibidem dicat, secus esse in impedimento
prosequendæ appellationis, propterea quod id per
duos testes probandum est, & subdat etiam in eo
casu iuramentum in defectu probationis non de-
ferri. l. fin. §. illud, ibi, euentissimis probationibus.
C. de tempor. appell. & illum text. ad hoc esse singula-
rem, & vltius esse gloss. in l. fin. in princ. ff. quod
met. cau. quæ pariter vult, vt iuramentum in eo ca-
su non deferatur, prout idem quoque videtur con-
firmare Ias. in l. admonendi, col. 93. num. 285. ff. de iure-
iur. & Socin. in reg. 404. in 1. fallentia. qui etiam ponit
in sing. 200. Subdit tamen animaduertendum ef-
se contrariam opinionem magis communem esse,
vt scilicet solo iuramento impedimentum probe-
tur, si aliæ concurrant coniecturæ, vt habetur in de-
cis. Rota 302. in antiquis, & tradit Felin. in cap. ex parte,
il 2. col. penult. extra de rescript. & ad illum §. respon-
det, quod in casu in quo iuramentum sufficit, pro-
batio euidenter interuenisse dicitur, vt voluit gloss.
in versic. proprio iuramento, in cap. statutum. §. cum
vero, de rescript. lib. 6. Verum quia nonnulli contra-
rium tenent: merito de hoc videnda sunt ea, quæ
tradunt Bart. Rom. Alexan. & Ias. in l. 2. §. quod dixi-
mus. ff. si quis cautio. & additur Decius, quem sequun-
tur alii, in cap. ex ratione, & in cap. cum sit Romana, ex-
tra de appell. & Afflict. in decis. 79. in causa. & ideo Io-
docus Damhouderius in sua praxi rerum crimina-
lium, cap. 179. de probation. per iuramentum, num. 1.
cum sequentibus, neminem esse inquit, qui non fa-
teatur iuramentum in probando vim magnā habe-
re ea ratione, quod Christiana religio omnino ne-
minem id, quod reuera non sit, iuraturum præsti-
mat: nisi impius quispiam sit, & prorsus diuini
præcepti immemor propriæque salutis contem-
ptor, cum eum sub pœna cœlestis gloriæ amitten-
dæ se veritatem dicendum iuret: & ideo pro am-
pliore huius iuramenti explicatione triplex esse iu-
ramentum attestetur, voluntarium scilicet, neces-
sarium & iudiciale. Voluntarium autem iuramen-
tū illud est, quod pars parti in iudicio vel extra vo-
luntarie defert: & de hoc habetur in l. iusurandum.
ff. de iureiuran. Iuramentum vero necessarium illud
est, quod iudex ipse alicui defert: & ad illud præ-
standum iuramentum compellit: & hinc est quod
tale iuramentum nemo recusare potest, nisi iusta re-
cusationis causa prætendatur. l. generaliter. C. de iure-

iur. & l. mandante. ff. eod. tit. Iudiciale autem iuramentum est illud, quod pars parti iudicio tantummodo defert, & iudice approbante. Hoc autem iuramentum necessarium ut à quoquam præstetur non est, cum illud libere recusari possit. *l. de iur. iur.* Nec prædictis obstare dicendum est, quod olim recusari non potuerit, ut dixit gloss. in cap. fin. extra de iure iur. propterea quod illa consuetudo iam exoleuit, & iudicialis iuramenti recusatio, cui ius permittatur: Verum si recuset, causam suam multum labefactat, & veritatem agnoscere videtur.

Quæsiuit præterea Iulius Ferretus in tract. de duello, num. 18. an iuramentum, quatenus ad duellum pertinet, & generaliter die festo præstari possit, & in primis non posse, existimare videtur, per text. in c. 1. extra de fer. Hanc tamen conclusionem limitat in casu pacis: quandoquidem tunc qualibet die præstari posse arbitrat, etiam festivo, & esse in favore pacis inductum, ut habetur in c. decreuit. 2. 2. q. 5. & rursus idem voluit Ferretus in tract. de fer. seu induc. milit. treg. & pace. nu. 9. dum quærit an pro incedenda pace diebus feriatis, & (quod plus est) Dominicis, & aliis festis diebus sacramenta præstari possint? & inquit ut pro bono pacis possint, omnino dicendum esse. cap. 1. & ibi tradunt Doct. de feriis. Pacis namque ob favorem à iuris dispositione deviat. cap. his qua. extra de maior. & obedien. & cap. 2. extra de arbit. & cap. 1. de extra mut. pec.

C A P. CLXXIII.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

Iuramentum interuenire debet in consecutione pacis, ac etiam reformatione, cum osculo & dextra manus appositione ab utraque parte.

Dixit præterea idem Iulius Ferretus in eodem tract. nu. 15. † in incedenda & conficienda pace eiusque pariter reformatione, iuramentum interuenire oportere cum osculo & dextra manus appositione ex utraque parte. Quæ omnia fidei testes sunt, & pacis pignora. cap. fundamenta, & ibidem tradit Ioan. And. de elect. lib. 6. & voluit etiam Lucas de Penna in l. 1. C. de aqueduct. Quæ autem propter bonum pacis fiunt, legis vim habent, & si alioquin de iure non permitterentur, nec fieri possent, ut consuluit Baldus in consil. 213. quidam nobilis, volum. 3. vbi limitat gloss. in l. talis scriptura. ff. de legat. 1. dum inquit fictionem non retrahit ad ea, quæ de iure impossibilia sunt. Id tamen inquit limitandum in conuentione legitima, quæ pacis causa fit, & eam gloss. valde commendat Baldus in cap. innotuit, extra de elect. & in cap. contingit, extra de dolo & contum. & in cap. consuetudinis, extra de consuet. & in l. siue possidetis. C. de probat. & in rub. extra de procurat. & ibidem num. 11. dum ait: Quæro de casu, de quo supra aliquantulum attigi. Regulariter autem diebus festis iuramenta non præstuntur, & ideo quærit, an pro pace firmanda præstari possint diebus festiuis, ut puta Dominico & similibus festiuis diebus: & an præstita subsistat, inquit subsistere, & præstari posse favore pacis. d. c. decreuit. 2. 2. q. 5. subdens, vbi pax haberi potest tregam non sufficere: & ideo ipse Iulius Ferretus in eod. tract. de feriis seu induc. & c. nu. 129. hac de re loquens ita ait. Aut loquimur de materia favorabili, & tunc tregua paci accedere: aut de

materia pœnali & strictè intelligēda, & tunc secus: & id quando tregua ad tempus determinatum iurata est: si vero sit perpetua, & tunc de ea uti de pace dicendum est, & in hoc casu locum habet text. in c. extra de feriis. si vero fiat ad tempus determinatum: & tunc, quia agitur de commodo subditorum, ut die festo iuramentum præstari possit, dicendum videtur in ipso tregue instrumento, quemadmodum & in ipso pacis instrumento præstatur. Si enim legislator de tregua, uti de pace considerasset, utique idem in tregua, quod in pace decreuisset.

Pariter etiam eodem in loco inquit Ferretus, num. 131, quod si tregua est inuolabiliter obseruanda poterit tregua non minus quam pax die festo & feriato fieri, & in ea iuramentum præstari, licet hæc eadem de re dixerit Ioan. Bapt. Plot. in d. l. si quando, num. 755. die festo conceptionis virginis Mariæ, aliove die festivo in Dei honorem inducto, iurari non posse, etiam in contractibus, aliisve actibus, etiam voluntariis, nisi sint pro necessitate: & si iuretur, iuramentum non subsistere: & contractus & actus ita iuratos, vim iuramenti non habere, & iuramentum si contraueniat, per iuramentum non effici, ut dixit Lanfranc. de Oriano in cap. quoniam contra falsam, circa finem principii, num. 50. & 51. extra de probat. & Thomas Ferrarius in caut. 3. incipiente communiter & hæc inquit notanda esse pro contractibus minorum puberum, propterea quod si in die festo conficiantur, iuramento non confirmantur vi auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. ac etiam pro contractibus mulierum, qui quidem omnes si fiant die festo, iuramento non confirmantur. d. cap. cum contingat, extra de iure iur.

Hæc autem conclusio limitatur, & primum in d. l. si quando. C. vnde vi. ff. & C. de in litem iuran. ac etiam omnia iura & statuta disponentia credendum esse iuramento, de quo supra multa deduximus, in quibus iuramento credendum & standum est: Nam ea, quæ ibi diximus, generaliter limitantur, si iuramentum die festo in honorem gloriosissimæ virginis matris Mariæ, vel Sanctorum, ut dixit Plotus in d. l. si quando, num. 762. versic. ad laudem. per text. in l. dies festos. & toto eo tit. C. de fer. & præsertim extantibus tot titulis, extra de feriis, & tradit, ut diximus, Lanfranc. de Oriano in d. c. quoniam contra falsam, num. 50. & 51. extra de probation. Ferrar. caut. 3. incipiente, communiter.

C A P. CLXXIV.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I U M.

I De facto alieno quis iurare non debet.

Prosequendo ordinem, omittendum non est illud, quod dixit Tiraquell. in tract. prescript. §. 1. gloss. 8. circa principium, dum inquit Baldum notare in c. tuis, extra de testib. plures ad iurandum teneri ad dicti sui confirmationem, ut ex supradictis apparet, ad quæ me refero: † de facto alieno quis iurare non debet. l. Marcellus. ff. rerum amot. & ideo dixit Bartol. in l. bona fidei. C. de iure iuran. quod iuramentum necessarium, quod à iudice defertur in supplementum probationis hæredi nõ defertur, propterea quod communiter ignorare præsumitur iuramentum illius, cui succedit, ut est text. in d. l. qui in alterius. Hoc

Hoc idem sequitur & norandum arbitratur Ias. in d. l. admonendi, col. iii. versic. secundus casus clarus est. ff. de iureiur. & alibi etiam voluit idem Bal. videlicet in d. l. air prator, in princ. de iureiur. vt statutum de stando iuramento damnum passu, de eius hærede non intelligatur, prout etiam nec promissio de stando iuramento alterius, & primum dictum sequitur Alexand. in l. qui bona. §. qui damni. ff. de damno infecto. Secundum autem approbavit & sequutus est Roman. Alexand. in l. penult. §. hoc iudicium. ff. ne quis eum qui in ius vocatus. Simile quoque est illud, quod dixit Guiliel. Cun. in l. debitoris, in fine, ff. de iudic. videlicet quod si in instrumento apponatur pactum sæpe apponi solitum, tunc de damnis & interesse standum esse iuramento damnum passu: non autem eius hæredis, id quod refert etiam & sequitur Roman. in d. §. hoc autem iudicium. & idem Roman. in l. iurandum, quod ex conventionione, in princ. ff. de iureiur. sed generalius idem Bald. in l. 2. ff. de condic. indebit. inquit, quod facultas iurandi ad hæredes non transit, & idem etiam iterum dixit in consil. 314. vtrum dictus contractus in, in 4. dubio, vol. 5. vbi etiam subdit eam cedi non posse ibidem in 4. dubio, & quolibet in loco Roman. refert Bald. in dicta l. generaliter, in princ. C. de iureiuran. vbi habetur iuramentum alicui parte delatum, ad hæredem non transire, cum plurimum discreper iuramentum hæredis à iuramento defuncti, & facit etiam text. in c. veritatis, extra de iureiur. vbi habetur iuramentum ex parte iurantis esse personale, nec illius personam egredi: & si non definit, qui contrarium teneant, & velint iurandi facultatem & ius ad hæredes transire. Et primo loco videtur text. in cap. 1. §. si quis se, & §. seq. qui est vltimus. in tit. si de inuestit. inter domin. & vasall. li. oriat. vbi vasall. iurat se vel patrem suum inuestitum fuisse, & ex consequenti de facto patris. & ibi tradit etiam gl. in vers. præstande & duas reddit rationes, quarum prima est, quod pater & filius vna & eadē persona dicuntur. l. fin. C. de impub. & aliis substit. & §. si vero, qui iuri. Inst. de inut. stipul. & vnum est sacramentum defuncti & hæredis, Auth. de iureiur. à morien. præstito, in princ. vbi etiam tradit Bald. ita respondet & dicit eam gloss. notandam esse, & rursus idem Bald. in §. eiusdem tit. in princ. in verbo, successoribus, inquit per text. ibidem, quem ad hoc notandum ait ius probandi per sacramentum ad successorem transire, & prædictis addit gloss. in l. penult. §. fin. incipiente, hoc iudicium. ff. ne quis eum. quæ quidem gloss. vult facultatem iurandi in litem competentem contra eum, qui vi eximit, in ius vocatum ad hæredem transire, & illam gloss. vti valde notabilem sequuntur Bald. Ang. Castr. Alex. & Ias. ibid. qui magna ex parte idem quoque trahunt ad iuramentum illud, quod contra dolum defertur, vt puta contra tutorem, qui inuentarium non confecit, & similes: & volunt ad hæredes transire ipsius minoris, & si animaduersio contra hæredes doli non transeat, per text. in l. fin. C. de in litem iuran. & voluit iterum Bar. in l. actionibus, col. fin. & ibidem receptiores ff. de in lit. iuran. Extendunt præterea hoc Castrensis, Alexand. & Ias. in dicto §. hoc iudicium, ad illud iuramentum, quod defertur in l. si quando, C. vnde vi. & in cap. fin. extra quod metus. caus. & volunt vt pariter transeat ad hæredes: quod etiam voluit Barbat. aut quisquis is fuerit, in additione ad Bald. in dicto §. & tit. si de inuestit. inter domin. & vasall. li.

oriatur. & Ias. in d. l. si quando, col. penult. Quibus sane conuenit illud quod voluit Bart. post Iac. in l. gerit, col. 5. versic. quidam sunt, in quibus non est talis præsumptio ff. de acq. hæred. dum vult, quod vbi dubitatur, an id quod quis facit, animo adeundi hæreditatem fecerit, standum esse in differentibus interrogationi illius, qui eam fecit cum iuramento si viuat, alias interrogationi hæredis ipsius, & hoc sequitur Alex. in consil. 126. viso processu causa vertentis inter Ioannem, col. 2. vol. 7. & hæc inquit maxime procedere, cum iuramentum defertur à lege vel statuto, propterea quod tunc hæres de facto defuncti iurare potest, vt dixit Alex. in d. l. penult. §. fin. ff. ne quis eum. & ita etiam inquit tenere Guiliel. Cun. & Roman. in d. l. qui bona. §. qui decem. ff. de damno infecto. Confirmatur non modicum prædicta ex iis, quæ dixit Innoc. & post eum Ioan. And. in cap. fin. extra de iuram. cal. dum inquirunt, quem etiam de veritate nõ solum in his, quæ ipse fecit, aut vidit iurare posse, sed etiam de iis, quæ indubitanter nouit: Nam & videmus, vt ipsi inquirunt, id esse & dici indubitatum, quod communi auditu ab antiquis percipitur. l. in summa. §. idem Labeo. ff. de aqua pluuiæ arcenda. quorum autoritate subnixus Castren. in consil. 279. visa petitione, col. fin. vol. 2. inquit iuramento possessoris feudi standum esse, an scilicet feudum nouum sit, vel antiquum, etiam quod à facto illius id non dependeat, & ratio est, quia id scire maiorum suorum relatione potest, vt est tex. de quo meminit etiam in l. si quis ita. §. si quis. ff. de testam. tute. qui, vt inquit Tir. q. in loco supra deducto, nihil facere videtur, confirmat id etiam text. in c. omnibus, in princ. 2. q. 5. in illis verbis, auditum nõ esse, non dubitamus. vbi gl. infert, aliquid posse sciri auditu, & in c. beati. 2. q. 7. vbi Diuus Ambrosius, videmus inquit, Paulum & Petrum ad martyrii gloriam peruenisse: & id tamen Ambrosius non viderat, sed id veluti indubitabile scire opinabatur ex antiquarum scripturarum renunciatione. & in c. videtur, vbi tradit gloss. in verbo, iudicauit. 22. quest. 1. & est alia quoque gloss. in cap. testes, in verbis illis, quæ nouerunt. 13. quest. 9. quid vltius? Bald. in consil. 14. in quodam contractu, in 2. dubio, vol. 1. consuluit, quod si in contractu venditionis dicatur, quod de aliqua re futura emptori credatur, & emptor eam alicui cedat, ita credendum esse huic singulari successori, sicut & primo emptori, cum id non videatur concessum ratione personæ, sed ipsius contractus: & ideo satis esse, si persona æque idonea sit, id quod in dubio præsumendum est. l. si actor malit. ff. de procur. quæ quidem Bald. decisio huc admodum pertinet: quando quidem si ex contractu alicui de re aliqua credendum est, si iuramentum interueniat, vt supra dicebamus, & ideo ex sententia Bald. hoc ius credendi, & ita iurandi transit non solum in hæredem vniuersalem, sed etiam in singularem, & licet Tir. a quæ. eo in loco dicat, hanc conclusionem admodum dubiam apparere: attamen ad tollendam omnem controuersiam Rom. sæpe vatis in locis ita dicere consueuisse. Aut iurandi facultas à lege defertur, vel illius ministro, id est, iudice vel legis autoritate, & tunc illa facultas in hæredem transeat: nam lex semper loquitur. l. Arriani, C. de heret. & sic æque tunc hæredis personam respicit, ac olim ipsius defuncti respiciebat, & ita procedat gloss. in dicta l. penult. §. hoc autem iudicium. Aut vero huiusmodi iuramentum ab homine defertur,

tur, & ex consequenti de voluntate partium, & tunc ad hæredes non transeat, vt est text. in dicta l. generaliter. Alia namque est scientia defuncti, in qua confessus est is, qui iuramentum detulit: alia hæredis, quam ille non approbavit, argumento l. cuius bonis. ff. de curat. furio. & ita dixit Rom. in d. §. hoc autem iudicium. & in d. l. qui bona. §. qui de omni. ff. de damno infecto. & in l. 3. §. fin. ff. de iureiuran. & in d. l. iusiurandum, quod ex conuentione, in fine principii. ff. eodem. & latius in consil. 290. in casu proposita consultationis breuiter, col. 2. versic. præterea tunc queritur. & sequitur late Ias. in d. §. hoc autem iudicium, col. fin. & in d. l. si quando, col. penult. versic. quero successiue. C. vnde vi. ex quibus manifeste apparet minus bene dixisse Bald. in d. l. 3. §. ait Prætor. ff. de iureiuran. dum voluit, quod statutum de itando iuramento damnum passi, de eius hærede non intelligatur, cum à lege seu statuto tale iuramentum deferatur, & ita eum in specie nuncupatum reprehendit ibidem Roman. & Ias. in d. §. hoc autem iudicium. Nec etiam recte dixisse videtur Bald. in d. consil. 93. dum inquit, facultatem iurandi ex contractu transire in singularem successorem. Animaduertendum tamē est, illud quod diximus, iuramentum à lege delatum in hæredem transire, intelligendū esse, dummodo hæres sit bene de rei veritate & qualitate informatus, vt expresse dixit Bald. in d. §. 1. in tit. si de inuestit. inter domin. & vassall. l. oriatur. dum ita intelligit illum text. quatenus ius probandi per sacramētum in successorem transire, vt supra diximus. Nam intelligitur, si hæres iurare possit, vt quia de veritate recte sit informatus. Hanc conclusionem extendit ad omnes casus, in quibus iuramentum transit in successores, rursus idem Ias. in d. §. hoc autem iudicium, & in d. l. si quando, col. penult. versic. limitat amen. C. vnde vi. & ibidem id dicit valde singulare, & Catel. in suo singul. incipiente, iurandi facultas. & Rom. in d. consil. 290. Et id sane valde notabile est, propterea quod alioquin hæres anceps periurium subire posset: quod ne accadat, Iudex omnino prospicere debet. l. videamus, post principium. ff. de in litem iurando. cum similibus. An autem & quando declarandi facultas ad hæredes transeat, tradit gloss. quam sequuntur Doctores in litem Pomponius scribit, si frumentum. §. fin. in gloss. 1. de rei vendicat. & Bart. & Bald. & Angel. & alii recentiores in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de verborum obligat. & Bart. Bald. & alii in l. si quis à filio. §. si plures. ff. de leg. 1. & Baldus & Imola in l. si quis seruum. §. si inter duos. ff. de leg. 2. Præterea an ius eligendi transeat ad successores, tradit iterum Bart. & sequuntur alii in l. stipulatus. ff. de verbor. obligat. & in l. si sic. ff. de leg. 1. & Bald. in consil. 94. quodam contractu, vol. 1.

Tradunt præterea de iure & potestate arbitrandi Cynus & Bald. in l. fin. C. de contrahen. & committ. stipulat. & iterum Bald. in l. fin. §. 1. col. 3. C. commun. de legat. & in l. voluntatis. C. de fideicommiss. in l. fin. quest. 25. C. de hare. & Bart. in d. l. si stipulatus, & in l. à filio, in princ. ff. de aliment. & cibari. legat.

Si vero queratur coram quo iurandum sit, Tiraquell. in ipso tractatu de præscriptionibus. §. 1. in gloss. 8. Declaration. §. inquit coram iudice aliove à Iudice ad id deputato iurandum esse, propterea quod iuramentum vbique præstitum non sufficeret, vt expresse voluit Bald. de statuto loquens disponente quod credatur iuramento alterius de damno dato. d. l. 3. in princ. versic. circa quintum. ff. de iureiuran. per ea,

que notantur in l. hac consultissima. §. penult. C. de testamen. & in l. iubemus. C. de liber. causa. & Alex. in consil. 60. clarissime Domine Iudex. col. 3. versic. Non obstat, si dicatur, lib. 3. Quibus addit etiam Tiraquell. eodem in loco in r. declaratione, partem esse præsentem oportere, cum huiusmodi præstatur iuramentum, per ea quæ voluit Bald. loquens de extimatore, in d. l. hac edictali. §. illud, col. 2. versic. sed nunquid partes. C. de secund. nupt. & Panormit. in cap. 2. extra de testibus. & id comprobat etiam per ea, quæ voluit Angel. in l. bonæ fidei. C. de iureiuran. vbi expresse habetur, quod cum defertur iuramentum in supplementum probationis, iuxta text. ibi, vt pars aduersario præsentem iuret opus esse dixit, vt dixit etiam Bart. in l. Theopompus. ff. de dote præleg. & Alexand. consil. 130. difficultas huius negotii, vol. 1. & Felin. in d. c. 2. col. 5. versic. nono limita. extra de testib. & Catellia. in memoriali incipientem citatio partis.

C A P. CLXXV.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iuramentum in contractu conductionis appositum operatur vt conductor statuto termino pensionem vel eius partem non soluens à iure suo periurii causa cadat.

Adendum etiam prædictis est, vt inquit Berous in quæst. 100. nu. 1. & sequentib. eam esse vim & efficaciam iuramenti, vt in contractu conductionis appositum operetur, vt conductor constituto termino solutionis, si pensionem vel eius partem non soluat, à iure suo periurii causa cadat, & ideo à re illico expelli possit. cap. querelam, & ibi tradit Bald. extra de iureiur. & Alexand. in consil. 85. vol. 1. & iterum Alexand. quem sequitur Ias. & recentiores in d. l. si quis maior. per illum text. C. de transact. vbi etiam num. 3. inquit, quod dispositio facta cum iuramento ad certum & præfixum tempus, si ad aliud expresse prorogetur, cum eodem iuramento prorogationem illam factam esse intelligendum esse, vt dicunt Scribentes, & præsertim Decius in cap. de causis, extra de offic. deleg. & ideo idem quoque de renouatione locationis dicendum est, vt scilicet illud tempus solutionis cum iuramento adiectum intelligatur.

C A P. CLXXVI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iuramentum debet habere tres comites.

Quoniam supra tractatum est de vi ipsius iuramenti. Videtur antequam ulterius procedamus, satis opportune de qualitatibus ipsius iuramenti querere: pro cuius declaratione sciendum est, vt illud tres comites ad eius perfectionem, & vt prædicta perficiat, habere oportere, vt dixit Matthæus Afflict. in decis. 80. nu. 7. & Petr. Follerius in sua praxi censuali, in versic. Nisolaus Episcopus, num. 70. vbi expresse inquit iuramentum tres comites habere debere, vt puta veritatem, iudicium, & iustitiam, vt inquit Hierem. 4. iurabitur, viuit Dominus in veritate & iudicio & iustitia. & idem videtur etiam ostendere tex. in cap. & si Christus. §. quod autem Iacob. &

1 Iuramentum partis presentiam inducit.

Iacob. & §. Iacobus, extra de iureiuran. & c. animaduertendum. 22. quest. 2. & cap. iurabunt. 22. q. 1. Ratio autem prædictorum, ut inquit ipse Follerius auctoritate Diui Bonauenturæ 3. dist. 39. quia iuramentum operatur ad tria, videlicet ad iuramentum à quo procedit, & sic debetur sibi iudiciū: ad rem de qua iuratur, & tunc requiritur veritas, ut scilicet sit ad æquatio sermonis & rei ad causam, pro qua iuratur: & ideo debet iustitia concurrere, ut scilicet pro causa iusta iuramentum interponatur. Hæc autem tria aliter distinguit Alexan. art. 3. tit. 1. in expositione præcepti, in prin. Debet ergo secundum eum ibidem veritatem semper in conscientia adesse, videlicet ut pro comperto & certe sciat illud, cuius causa iuramentum defertur, ita ut iurat se habere. Debet præterea adesse iudicium, id est, discretam deliberationem. Præterea requiritur etiam, ut quis verū etiam non iuret, nisi necessitate impulsus: utputa si persuadeat alicui quis aliquid esse verum, quod expedit ei, vel saltem vtile est ita credere, & tamen simplici assertioni credere nō vult. Præterea quod iuramentum tres comites habere debeat, voluit etiam Socin. iun. in consil. 144. nu. 30. vol. 1. videlicet *quilibet alius*. Sunt autem illi tres comites veritas iudicium, & iustitia, ut supra diximus, prout vltra prædicta notatur in auth. quod eis, in gloss. fin. C. de nupt. & ita inquit tenere Socin. eius compatrem, in consil. 20. in facto proprio, col. 3. versic. confirmatur, vol. 3. & Andr. Sicul. in consil. 1. ex sacris, col. 29. vol. 1. & in consil. 57. præclare col. 3. vol. 2. cum aliis multis vulgarib. & Decius in consil. 180. nu. 5. part. 1. auctoritate Calder. in consil. 8. duæ puella. in tit. de iureiuran. qui pariter dixit, quod iuramentum habeat tres comites, videlicet iudicium iustitiā & veritatem, ut ibi: & ideo inferunt ad quandam puellam, quæ bonis paternis renunciauit, & incaute iuravit, & ideo tanquam enormiter grauata sit, absolutionem petere possit & absolui etiam debeat, cum iuramentum ipsum iudicio caruerit, ac etiam discretionem, ut late ibidem expresse prosequitur. Item rursus idem voluit Decius in consil. 551. nu. 3. part. 4. per text. in c. animaduertendum. 22. q. 2. & ideo inquit, quod cum in ea renunciatione euidenter apparerent iniquitates ob ipsam enormem læsionem, quæ partim etiam provenit à fragilitate sexus muliebris, quæ cōtra propria commoda laborare dicitur. l. 3. in fin. C. de sponsa. propterea quod eadem facilitate, qua inducitur ad renunciandum, pariter etiam ad iurandum inducatur. l. si mulier. C. ad senatuscons. Velleian. & l. doli. §. diuersum. ff. de nouat. & idem reperit Anch. in c. 1. versic. ego etiam consului in ciuitate Senarum. & in consil. 38. vbi inquit text. in c. quamuis. de pact. in 6. sed etiam in dolo re ipsa: quandoquidem ad contractus rescissionem idem operatur dolus re ipsa, ac dolus expositio. l. 2. ff. de except. doli. & in l. si quis cum aliter. ff. de verborum obligationib. & idem concludit Ancharan. in consil. 82. visis diligenter, in fin. & in consil. 180. visa diligenter narratione, versic. ego etiam consului in ciuitate Senarum. & in d. consil. 38. & idem dixit Sigismun. de Homod. in consil. 12. num. 28. & Barbat. in consil. 15. col. 3. ante medium, versic. facit etiam quia, vol. 4. & idem voluit Igneus in l. 1. num. 44. in 1. parte.

C A P. CLXXVII.

Argumentum est in Summario..

Efficat etiam vltra ius commune iuramentum, ut partis presentiam inducat, ut voluerunt Alex. & Ia. in l. stipulatio ista. §. alteri, & Ia. in l. si stipuler. col. antepen. & fin. ff. de verb. oblig. & Alex. in consil. 31. col. penult. vol. 6. & in consil. 66. col. penult. & in consil. 185. col. fin. eod. vol. dum inquit iuramentum esse illius efficacitæ ac iuris, quod ex stipulatione alteri facta absenti ius acquiratur, etiam si nemo sit, qui pro absente recipiat, per gloss. quam ibidem inquit esse singularem in cap. quoties cordis oculus. 7. quest. 1. & hoc idem dicit voluisse Roman. in consil. 76. vbi iuramentum translationem actionis sine cessione inducit ea ratione, quod iuramentum vim iudicii habeat. l. nam & postea. §. si is, qui pro temporali. ff. de iureiur. sed sic est, quod ex stipulatione iudiciali queritur actio utilis sine cessione. l. in causa. §. fin. ff. de procurat. Ergo idem quoque de stipulatione iurata dicendum est. Præterea idem quoque voluerunt Imola in cap. cum contingat, extra de iureiur. vbi Butr. late prosequitur, & Felin. in proem. decret. in gloss. in verbo, seruus. & Bertran. in consil. 95. col. 2. vol. 2. & Rub. Alexandrinus in consil. 73. col. 3. & in consil. 17. col. 3. in fin. vbi inquit, iuramentum interpositum in prima donatione, huiusmodi effectum inducere, ut primus donatarius præsens fuisse videatur ipsi stipulationi, per text. in l. properandum. §. fin. autem reus. C. de iudic. & Paris. in consil. 82. col. 1. volum. 1. & in consil. 12. col. 3. vol. 2. & in consil. 107. col. penult. vol. 3. vbi ratione iuramenti perinde est, ac si notarius stipulatus fuisset pro absente ex quo ob vim ipsius iuramenti Deus pro absente supplere intelligitur, & sic non minus in vno casu quam in alio valere dicatur. l. 2. ff. rem pupill. saluam fore. & tradit etiam Ripa in consil. 11. col. 5. & Ruinus in consil. 144. colum. penult. in fine, volum. 1. & in consil. 41. col. penult. vol. 5. & Caccialupus in tract. de pact. quest. 11. & Ruinus in consil. 209. col. 4. in fine, vol. 1. & licet nonnulli dicant hanc conclusionem procedere de iure canonico: attamen eam quoque de iure civili procedere dicendum est, ut expresse dixit Felin. in d. proem. decretal. in loco, de quo supra. & idem dixit Bertran. in dicto consil. 95. colum. 2. per ea, quæ dixit Hostiens. & communiter alii, in cap. quemadmodum, extra de iureiuran. vbi in materia iuramenti, cum sit spirituale, non debemus attendere dispositionem iuris civilis, cum ad eum forum non pertineat, cap. venerabilem, extra de election. sed ius ipsum canonicum, & id voluit etiam Imola in dicto cap. cum contingat, & Ruinus in consil. 144. supra relato. quia id inquit probari iis, quæ notantur in cap. possessor mala fidei. de reg. iur. lib. 6. & idem rursus voluit Rolandus à Valle in consil. 6. num. 40. volum. 2. Hanc præterea conclusionem tenuit Bald. in l. 1. C. qui potior pignori habeant. & Capicius in decis. 119. num. 3. & iterum Roland. à Valle in consil. 9. num. 19. vol. 1. & Roderic. Suarez in tit. de las herencias, num. 4. & sequent. versic. & non mirum. Et Matthæus Afflict. in decis. 135. num. 5. Præterea quod iuramentum efficiat ut absens pro presenti habeatur, & absentem presentem reddat, voluit etiam Ruin. in consil. 209. num. 10. & Alexand. in l. is, qui heres, num. 8. ff. de acquiren. heredit. & Hippolyt. Marfil. in §. 2. quest. num. 63. car. 39. Item quod iuramentum positum in lib. debitoris absen-

tis valeat, voluit Ias. in l. is, qui, num. 33. cum sequen. ff. de acquir. heredit. Iterum quod iuramentum repræsentet & faciat absentem præsentem, tenuit Ang. de Vbal. iunior in consil. 45. num. 3. in 1. vol. consil. maritim. diuersi. & Ioan. Dilect. in tract. de arte testan. in tit. 6. de legat. caut. 6. num. 3. dum vult, vt iuramentum testatoris reddat confessionem testatoris irrevocabile, & Ioan. Neuiz in consil. 50. num. 32. & Petr. de Anch. in consil. 21. num. 10. & Corn. in consil. 327. num. 4. volum. 1. & tradit etiam Corn. in consil. 327. num. 4. vol. 1. vbi inquit vi iuramenti actionem etiam absentibus acquiri, & Alex. in consil. 185. num. 8. vol. 6. vbi vult actionem acquiri absentis etiam quod nemo pro eo stipuletur, & id multo magis Florentiæ dicendum est, cum extet statutum particulare, sub rub. Qualiter alteri per alterum acquiratur, & August. Berous in consil. 13. num. 13. vol. 3. vbi vult, vt reuocari à testatore non possit, nec ab hærede infringi, & Cardin. Albenf. in auth. sacramenta puerum, num. 2. C. si aduers. vendit.

C A P. CLXXVIII.

Argumentum est in Summario..

S U M M A R I U M.

Iuramentum in stipulatione efficit, vt alteri acquiratur.

PRædictis satis concludenter convenire videtur illud, quod dixit Maynerius in l. nec paciscendo, num. 26. ff. de reg. iur. dum vult, quod vbi in promissione interuenit iuramentum, stipulator agere possit, etiam quod forma Evangelicæ denunciationis non interuenit, & id ea de causa, vt promissor iuramentum seruare teneatur, cum sine interitu salutis æternæ seruari possit, & ibidem latius habetur, & ideo dixit Hieron. Gratus, † quod vbi in stipulatione iuramentum appositum est, operatur vt alteri per alterum ex stipulatione actio ex stipulari acquiratur, & ratio inde inferri videtur, q̄ iuramentum Deo præstitum sit, & absentis præsentiam suppleat, c. 2. de arb. lib. 6. & gl. in c. quoties. 7. q. 1. quæ cõmuniter approbatur, vt voluit Fel. n. in proem. Gregoriano, & Alex. 1. as. & recentiores in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. & August. Berous in consil. 61. num. 9. & 13. vol. 2. inquit ex stipulatione alteri facta agi non posse. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig. id tamen locum non habere, vbi iuramentum interuenit, vt est gl. in cap. quoties cordis oculus. 1. q. 7. & tradit Bart. in l. si quis pro eo, in 6. membro. ff. de fideiuss. & Butrius & Imola in d. c. cum contingat, & in c. si cautio, extra de fide instrum. & Alex. plene in d. §. alteri. verum Berous ibidem num. 13. inquit id procedere, vbi verba promissiuia stipulationis sunt collata in personam stipulatoris, & verba executiuia in personam alterius: quoniam tunc ex stipulatione iurata posset de iure canonico agere non solum stipulator, sed etiam illi cui facta esset stipulatio: secus vero si verba promissiuia & executiuia essent collata in personam alterius tantum, vt declarat Alexan. post alios, in d. §. alteri. Hoc namque vltimo casu ex huiusmodi stipulatione nulla obligatio etiam naturalis alicui acquireretur, vt voluerunt Bar. & Alex. & omnes alii in d. §. alteri. & iterum Bart. in eadem l. si stipuler. & ideo nulla reperiretur obligatio, quæ ex iuramento efficaciam vllam & validita-

tem acciperet, vt videtur voluisse Bart. in d. l. si quis pro eo, in 6. membro, & Alexan. in d. §. alteri, in fin. col. 2. cum sequen. si vero stipulationis verba promissiuia in personam stipulatoris conferantur, & verba executiuia personaliter prolata, tunc subsisteret stipulatio, & ex ea agi posset, propterea quod verba executiuia impersonaliter prolata in illam personam collata censentur, in quâ personaliter collata promissiuia: nam subsequencia à præcedentibus declarantur. l. si seruum plurium, in fin. ff. de leg. 1. & l. semper in stipulationibus. vbi Bart. ff. de reg. iur. & faciunt in simili ea, quæ notat Bar. in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler, in 3. casu. vbi verba personaliter prolata in eum collata censentur, in quæ alia verba personaliter collata sunt: ac etiam quia verba personaliter prolata si dubia nõ sint, intelligenda sunt collata in personam stipulantis, vt colligitur ex notatis per Bar. in d. §. si stipuler, in 4. casu. & faciunt etiam ea, quæ notat Bald. in dicta l. 1. C. per quas person. nobis acquir. vbi exemplificat illa verba. Item idem videtur tenere Augustinus Berous in consil. 13. num. 13. & 14. volum. 3. & Abb. in dicto cap. cum contingat, num. 13. extra de iurciuran. & iterum Abbas in proem. Gregoriano, in §. Gregorius. diuiditur, num. 25. dum inquit, prædictam regulam, quod alteri per alterum non acquiratur, & c. de iure civili procedere, vt habetur in iuribus supra deductis: si vero queratur, quid de iure canonico; dicit ibidem Abbas velle gloss. in cap. quoties cordis oculus. 1. quæst. 7. existimare alter de iure canonico, & inquit exempli gratia, si promiserit quispiam alicui dare Titio centum, videri Titium contra promittentem agere posse, & præsertim si iuramentum interuenit, vt voluit illa gloss. quæ notabilis est, & quotidie ad hoc probandum adducitur. Quinimo subdit Abbas velle Butrium ibi non accedente iuramento, via ordinaria agi non posse, argumento d. cap. quamquam, in versic. possit acquirere, de vsur. lib. 6. & rationem esse ait, quia obligatio principium non habuit in persona illius, cui acquiri debebat, vt habere debet. l. quacunq. ff. de action. & obligation. sed per viam denunciationis Evangelicæ, vt ipse arbitratur agendum esse. At si iuramentum interueniat, via ordinaria agi posse, propterea quod iuramentum principaliter in Deum dirigitur, qui vbique præsens est, & promissionem seu stipulationem recipere videtur. Inquit tamen Abbas eo in loco, hoc dictum Butrii indistincte procedere non censere, sed credere non interueniente iuramento agi nullo modo posse: secus vero si interueniat. Rationem autem huius secundi dicti esse, quod iuramentum ex se subsistat, nec à facto illud recipientis vim capit: & ideo si recipiens turpiter recipiat, ex quo tamen iurans turpiter iuramentum non præstat, vt est text. in cap. debitores, iuncto cap. 1. extra de iurciuran. certe multo magis id in hoc casu dicendum est, in quo nulla datur turpitudine ex parte recipientis, nec pariter etiam ex parte præstantis. In hoc igitur casu, in quo interuenit iuramentum, gloss. illius casu, quoties, subsistere potest, prout dixit etiam Imola post Butrium in d. cap. cum contingat, lib. 6. & Petrus de Ancharan. in clem. 1. eodem tit. & in clement. 1. in princ. de vsur. & in cap. licet, colum. penult. de iurciuran. lib. 6. & Ioan. Faber in §. si quis, il secondo, Institut. de inutil. stipulario. & Bald. in l. pactum, colum. 9. C. de collation. & in auth. sacramenta puerum, colum. fin. C. si aduers. venditio. &

Roman. in d. l. stipulatio ista. §. si stipuler. colum. fin. ff. de verb. oblig. & sentit Bart. in d. l. cum quis decens. §. codicillis. ff. de legat. 3. & id procedit, etiam si promittens dixerit, faciam in veritate, ut inquit Bal. in rub. C. res inter alios acta col. 3. hoc tamen remedium de iure civili, ut est tex. & ibi gl. in l. certum. §. si quis absentem. ff. de confess. nisi in casu rationes, & in auth. quod obtinet. C. de prob. & tradit Bald. in l. pactum. C. de coll. Videlicet in eo, qui suo testamento iurat cuidam tertio absenti teneri. Vnde puenit illud singulare dictum, ut inquit Abbas in d. proem. Gregoriano, videlicet quod si quis Dei intuitu promittat alicui puellę nuptui tradendę centum dare, omnino obligetur. & ratio est, quia promissio Deo facta est, quę ubique præsens est; Et id diligenter notandum arbitratur. Nec repugnat obligatio iuramenti. 22. q. 5. huic remedio, propterea quod quo ad Deum simplex promissio & iuramentum inter se non differunt. Datur etiam aliud remedium, in quo nullo præstito iuramento, ut cogatur promittens per viam Evangelicę denunciationis, ut est tex. vs c. nouit, extra de iud. ut dixit Butrius & Geminianus in d. Proemio Gregoriano, de qua tradit etiam ibidem Feli. & est decil. Rotę 430. in antiquis Abb. autem eodem in loco subdit, vbi simplex promissio interuenit, nihil actū existimare, propterea quod tunc stipulatio ex se non subsistat, sed à partium facto proueniat, ut patet ex iuribus supra deductis, & facit tex. in d. c. debitorum. vbi turpiter accipiens simplicem promissionem, nihil agit & idem quoque si sua non interest, qui iurauit, sed tertio acquirere vult. Regula namque iuris civilis est, nec est ab eo à canonibus deuiatum, aut quicquam in contrarium dispositum: merito dispositioni iuris civilis standum est, ut habetur in cap. 1. extra de no. oper. nuncia. Canones namque à iure civili nudi tantum pacti ratione deuiare intelliguntur, ut communis est opinio, & habetur in cap. 1. extra de pact. Ratio autem est, quia in pacto etiam nudo adest consensus & naturalis obligatio, quę à consensu proficiscitur: sed de iure canonico ob illam naturalem obligationem agitur. Ergo? Quando autem quispiam promissionem recipit, nulla datur, aut oritur obligatio, nec scilicet naturalis, nec ciuiles, ne dum ciuili tantum, ut patet ex iuribus supra deductis. Nō oritur naturalis, quia obligatio absenti acquiti nō potest, cum eam oporteat fundari in persona illius, cui acquiritur, nisi tractetur de personis exceptis, ut habetur in d. l. quęcunque. Absenti namque nihil acquiritur. l. absenti. ff. de don. & in l. qui absenti. ff. de acquir. poss. & in c. si tibi absenti, de prob. lib. 6. Vnde est, ut dicatur quemlibet sine peccato retrocedere posse, propterea quod sine alterius præiudicio quilibet voluntatem suam mutare potest, ut habetur in c. mutare, & in c. quod semel, de reg. iur. lib. 6. sed in casu nostro de præiudicio absenti non tractatur, cum ei nulla obligatio quę sita sit, alioquin dicendum esset, nunquam aliquem voluntatem suam mutare posse, ut apparet ex clem. 1. de renunc. & in c. si de procuratorib. lib. 6. & in cap. cum Mattheus, extra de celeb. missa. Vbi expresse apparet, quod si quispiam Titio decem relinquat in suo testamento, potest voluntatem suam mutare: & hæc procedunt si promittatur absenti, non Dei intuitu promittitur. Pariter etiam stantibus prædictis non videtur obstare tex. in c. iuramenti. 22. q. 5. quia (ut supra diximus) Deus non facit differentiam inter

iuramentum & simplicem loquelam vbicunq; simplex loquela perfidiam continet seu mendacium, utputa quia deficere vult, & nō seruare illud, quod promittit, vel fallere & decipere eum cui promittit, & ita intelligendo proprie loquitur ille tex. At secus dicendum esset, si huiusmodi cessent, propterea quod tunc simplex loquela non obligat, cum non adfuerit ille, cui obligatio acquiritur: secus autem si intuitu Dei quispiam alicui promiserit daturum se puellę nuptui tradendę absenti centum, propterea quod tūc sine dubio obligatur: ex quo promissio ipsi Deo facta est, qui vbique præsens est, & ita inquit procedere tex. in d. cap. iuramenti, & id inquit notandum esse pro declaratione multarum legum ac iurium.

Fuit etiam aliquando in practica dubitatum, ut inquit Lancellottus Galiula in l. 1. §. si quis ita. num. 47. ff. de verb. obligat. an iuramentum stipulationem alias inualidam & inutilem, validam efficiat, an vero pactum nudum contineat, & ei non addat, an ut vestitum subsistat, ut vim ad agendum producat? In hac dubitatione Galiul. in primis terendo opinionem, ut scilicet in vim pacti procedat, & producat actionem, iuxta gl. in l. 2. C. de rescind. vend. hanc conclusionem confirmat per text. in l. quoties. ff. de verb. oblig. cum iis, quę ibi deducuntur, vbi habetur, euentum conditionis obligationem non inducere, nec in moram constituit: Id quod ex eo comprobatur, quod huiusmodi pactum præsumptum dicitur ob ipsum iuramentum: sed sic est, quod vbicunq; pactum actionem inducit, id non faciat aut inducat, cum est præsumptum, ut inquit Bar. in l. iurgentium. §. 1. col. fin. ff. de pact. vbi inquit ita firmare Socin. & Alex. in terminis in consil. 12. in princ. dum inquit, huiusmodi pactum solum ad retinendum prodest. His tamen non obstantibus subdit ibidem Galiul. existimare firmandum esse tale pactum, ut vestitum, non autem ut nudum valere, & ideo actionem producat: & ita inquit tenuisse Panorm. quorum non meminit Alexan. Socin. autem in d. c. cum contingat, colum. penult. versic. septimus casus, extra de de iure iur. vltra ea, quę dixit Panorm. inquit respondendo fundamentis, & rationibus Socin. quod vbi non deficit consensus, iuramentum casus expressi vim habet, ut dixit Bal. in l. 1. q. 2. C. comoda. & Alex. ibidem ad aliud propositum, col. 3. in princ. & iterum Alexan. col. antepenult. & ideo perinde esse, ac si dictum fuisset, ut iure pacti valeat.

Hanc eandem conclusionem sequitur Iacob. de Nigris in d. l. 1. §. si quis ita. num. 94. ff. de verb. oblig. ea ratione, quod in eo casu stipulatio ob id subsistit, & subsistit, ex quo iuramentum habet illam vim, ut actus valeat eo modo, quo melius valere potest, l. cum pater. §. filius matrem. ff. de leg. 2. & supra loco suo loco diximus, subdit tamen Neger eius præceptorem, id esse satis difficile existimasse in terminis illius tex. quandoquidem si interrogem, an promittas mihi centum, & tu capite annuas, stipulatio non subsistit, ut ibi habetur: & ideo in eo casu frustra ex parte stipulatoris iuramentum interpositum videtur: nam tunc quid iurari debeat, non datur. Pariter etiam ipsum iuramentum ex parte promissionis quicquam efficere nō videtur: quia si quispiam aliquem interroget, an sibi decem promittat & ei ex interuallo respondeatur, utique licet iuret tale iuramentum ut stipulatio, quę alioquin inutilis est,

subſiſtat in vim pacti efficere non debet, nec poteſt: quando quidem licet promiſſor iuret, ſtipulator huic iuramento non conſentit, nec aſſenſum præſtat: & ideo quod pactum aliquod inſit, dici non poteſt, cum duorum conſenſum requirat. *l. i. ff. de pact.* & ideo ſubdit Niger eius præceptorem de hac concluſione cogitandum reliquiſſe: ſed prædictis reſpondendo fortalſe dici poſſe, quod licet ſit ex interuallo reſponſum & iuratum, fuerit tamen iuramentum ipſum promiſſori delatum ab ipſo ſtipulante, vel ipſe promiſſor præſente ſtipulatore iurauerit: & ideo ob eius præſentiam conſenſiſſe videatur. *l. qui paritur. ff. manda. & tradit Bart. in l. que dotis. ff. ſol. matr.* ob id tamen non concludit, ſed cogitandum relinquit, ſed ad hoc fortalſe ex eo reſponderi poſſet, quod præſumptus conſenſus dicitur: & ideo vt de pacto diximus, non ſufficiat. Hanc concluſionem ſequitur Hippol. Riminald. *in conſil. 103. num. 16 & 17. vol. 1.* Mouetur autem ex eo, quod licet ſtipulatio alicuius nomine non interueniſſet: ſtante tamen iuramento, ius quæſitum dici debere ea ratione, quod vt ſupra diximus, iuramentum in Deum dirigitur, qui præſens eſt, & pro abſente recipere dicitur. *l. properandum. §. ſin autem reus. Cod. de iudic.* & idem tenere ait Ruin. *in conſil. 180. num. 12. vol. 1.* Et ideo ei, cui promiſſum eſt, deinde ratum habenti ius quæritur, vt voluit Bauertius *in tract. de iureiur. in 12. effectu.* & Decius *in conſil. 432. in ſi. & Cagnol. in l. ſi. num. 273. circa finem. C. de pact.*

Præterea Cuman. *in conſil. 182. num. 4.* inquit ſequendo prædictam opinionem iuramentum conſummare ſtipulationem factam alteri ex intereſſe in ualidam, vt not. Bart. *in d. l. ſi quis pro eo, verſic. 6. dixi. ff. de fideiuſſor.* Id quod eo maniſteſtius patet, quia de iure canonico ſtipulatio facta alteri valet, vt voluit gl. *in c. quorſes cordu. 1. q. 7.* & ideo multo magis iuramentum valere & ſubſiſtere debet; & idem firmavit Ruin. *in conſil. 144. num. 8. vol. 1.* ponit exemplum, quando iuratum eſt ſeruare omnia & ſingula contenta in iuramento. & Alex. *in conſil. 222. num. 19. vol. 2.* exemplificat in promiſſione illius, qui alicui promiſit alteri ſe daturum, ob id quod obligatio naturalis ſtipulanti alteri dari acquiratur, etiã quod iuramentum non interueniſſet, vt notat gl. & ſequuntur Dd. *in d. §. alteri. & Bar. & alii in l. cum lex. ff. de fidei. & iterum Bar. in l. ſi non fortem, in princip. ff. de cond. ind. & Ang. & alii in d. l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipulatur. ff. de verb. oblig.*

C A P. CLXXIX.

A R G V M E N T V M.

Iurata tranſactio quas vires habeat.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum tranſactionem irreuocabilem efficit.
- 2 Iuramentum neceſſarium licet poſſit redargui inſtrumentis nouiter & recenter repertis: ſecus autem de voluntariis dicendum eſt.
- 3 Tranſactio non reuocatur inſtrumentis recenter repertis.
- 4 Tranſactio de alimentis inconſulto prætoris non ſubſiſtit, iuramento tamen confirmatur.
- 5 Tranſactio, iuramentum & res iudicata, in quo conueniant & diſcrepent.

Mittendum præterea non eſt ꝑ iuramentum tranſactionem irreuocabilem reddere, vt voluit Auguſtinus Berous *in conſil. 158. num. 12. vol. 2. per text. in l. ſi quis maior. C. de tranſact. & Corn. in l. admonendi, n. 6. ff. de iureiur.* notandum eſſe ait, iuramentum neceſſarium inſtrumentis recenter repertis redargui poſſe, vt ſupra dictum eſt, quod ꝑ tamen aliter de voluntario dicendū eſt. Ratio autem eſt, quia iuramentum voluntarium tranſactionis ſpecies eſt, vt habetur *in d. l. admonendi. ff. de iureiur. & in l. 2. eod. tit.* Et ideo mirum non eſt, ſi inſtrumentis ꝑ recenter repertis retractatur. Si autem de ratione rationis quærat, ea deduci poteſt, quod conſenſus ex vtraq; parte in tranſactione requiritur ſaltem implicite, ſi non explicite: & ideo magis ei, qui non conſenſit, ſubueniendū videtur, vt dixit Bal. *in d. l. admonendi, in recollectis.* Præterea etiam Angel. *in l. nam & poſtea. §. ſi ſis qui num. 1. ff. de iureiur.* inquit iuramentum vim tranſactionis habere & ſententiã. *d. l. 2. eod. tit.* Item Bertrand. *in conſil. 1. num. 77. vol. 2.* inquit iuramento l. de his, renunciari & iterū idem Bertrand. *in conſil. 18. num. 7. vol. 2.* addit prædictis iuramentum in tranſactione vim clauſulæ ſpecificæ habere Gozad. *in conſil. 61. num. 7.* inquit, quod licet alimentorum tranſactio ꝑ inconſulto prætoris non ſubſiſtat, vt habetur *in l. cum hi. C. de tranſact.* accedente tamen iuramento conuolidari arbitrat, vt voluit Bar. *in l. ſi quis pro eo, in queſt. ſi. ff. de fideiſſ.* Præterea Alber. de Roſ. *in l. ait Prætor, num. 3. ff. de iureiur.* inquit, iuramentum & tranſactionem æquiparari, vt habetur *in l. iuſurandum, eod. tit. & ſi id deinde ex eo reprobare videatur, quod tranſactio tranſigenti tantum præiudicium inferre dicatur. l. iuſuradum. §. ſi paciſcar. ff. de pact.* non autem reipublicæ, vt dixit ibidem Alber. & late *in l. tranſigere. C. de tranſactio.* Iuramentum autem ſi deſeratur in omnibus præiudicium afferre intelligitur. *l. cum qui. §. in popularibus ff. de iureiuran.* Verum prædictis non obſtãtib, tandem vt iuramentum in tranſactioni comparatur, concludere videtur. & Bal. *in l. ſeruus tuus. §. ſi perſuaseris, num. 3. ff. de dolo malo.* ſim pliciter pertractando iuramentum tranſactioni a qui parari cenſuit. & Salic. *in l. tutor, num. 2. ff. de iureiuran.* pariter inquit iuramentum vim tranſactionis habere. & idem confirmavit iterum Salic. *in l. iuſurandum, num. 1. ff. eod. tit. & ſi ſpecies diuerſas eſſe concludat, vt notatur in l. 1. ff. de iureiuran.* Vnde pro ſolutione ait, quod ſi tranſactionem large accipimus pro litis conteſtatione, in eo caſu iuramentum tranſactionis ſpecies non dicatur. Si vero ſtrictè, & tunc omnino dicatur, vt habetur in gl. Vnde gl. proſequendo inquit eam quærere ſucceſſiue, in quo tranſactio, ꝑ iuramentum & res iudicata ſimul conueniant, & in quo diſcrepent, & in quibus inuicem alterum alterum excedat, & ad eam ſe refert. Præterea quod iuramentum & tranſactio æquiparentur, voluit etiam Cephal. *in conſil. 65. n. 60. vol. 1. & Iaſ. in l. qui, num. 32. ff. de acquir. hered. & ruruſ idem Iaſ. in d. l. cum hi, num. 11. ff. de tranſact.* inquit Bartol. *ibidem extra gloſ.* duas formare concluſiones: Quarum prima eſt, An vbi-
cunque in tranſactione iuramentum interuenit ſine prætoris authoritate ſubſiſtat. & inquit reſpondere non ſubſiſtere, vt latius ipſe ibidem proſequitur: cum qua Bart. opinione tranſit ibidem etiam Iaſ. Præterea quod iuramentum tranſactio dici poſſit, voluit etiam Decius *in rub. C. de tranſact. num. 5. & Cardin.*

Cardin. Alber. in l. iurandum. §. pupillus. num. 1. ff. de iureiuran. Item quod iuramentum differat à transactione. & in quo, tradit Alber. in l. post decisionem, num. 1. C. de furt. & seruo corrupto. & iterum, quod iuramentum voluntarium, vel iudiciale, sit species transactionis, voluit etiam Alex. in d. l. admonendi, num. 11. ff. de iureiuran.

C A P. CLXXX.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum litis decisorium an veritatem inducat.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum probat causam, ex qua quid debetur, & vim probationis habere dicitur.
 - 2 Interesse legitimis probationibus probari debet.
 - 3 Iuramentum, quando scripturam non probet.
 - 4 Iuramentum, quando contractum vel pactum non consualidet.
 - 5 Instrumentum edere seu scripturam, quando quis cogi non possit.
 - 6 Libros quempiam non habere probatur assertione iurata.
 - 7 Usurarium & similibus iuramento non creditur: secus si sint personæ honestæ.
 - 8 Probandi iuramento debitoris modus ex cursu temporis decem annorum.
 - 9 Iuramentum ex solo cursu temporis probationem non tollit.
 - 10 Lex & statutum modum probandi per iuramentum etiam cum aliquibus qualitatibus inducere possunt.
 - 11 Iuramentum, quod non sit probatio, sed releuatio à probatione.
 - 12 Iuramentum assertorium veritatis, quando probet.
- F**Vit etiam alias apud nostros recentiores iureconsultos dubitatum, vt inquit Curt. iun. in rub. ff. de iureiur. num. 4. An vbi oritur controuersia, an aliquis cuiquam debeat aliqua de causa, & lis iuramento finiatur, † Iuramentum causam illam veram esse probet, nec ne? Et in primis, quod eam probet, dicendum arbitrat. per tex. in l. sed & si possessori. §. si. ff. de iureiur. vt ibi latius ipse profequitur. sed in casu, in quo causa adiecta non est. animaduertendum tamen est illud ad probationem non pertinere: sed ad illud tantum, an iuramentum obligationem & actionem producat. subdit tamen idem Curt. in proposito nostro, in l. 1. num. 71. C. de eden. quod vbi quis iure actionis tenetur, cōtra dolosum interesse solo iuramento probari, vt habetur in l. si quando. C. vnde vi. & tradit gl. quam communiter sequuntur Dd. in l. in actionib. ff. de in lit. iuran. At secus esse, si quis officio
- 2 iudicis teneatur, propterea quod in eo casu † interesse aliis legitimis probationib. probari debet, vt est tex. & ibidem notat Ang. & cōmuniter Scribentes, in l. argentarius. §. cum autem ff. eo. & eo tex. ita decisit Bar. in l. si prius, in 2. q. ff. de oper. noui nunc. Item Berous in cons. 154. num. 4. vol. 1. inquit iuramentum interpositum super pacto nullo & inualido, & à
 - 3 statuto reprobato, scripturam † non probare, nec iuramentum, in quo præstitum dicitur interuenisse: & ideo talis scriptura seu instrumentum contra minorem sub pœna produci non potest. Quo fit
 - 4 vt huiusmodi iuramentum † realiter & vere talem

contractum vel pactum validum non reddat: merito ea scriptura non probatur, vt habetur in eo statuto. Vnde inquit Berous in consil. 19. n. 4. & 5. vol. 3. quempiam ad instrumentū † exhibendum vel scripturam cogi non posse: quod, seu quam scripturam ipse non habet: & ratio est, quia cum sit impossibile, ad illud nemo tenetur. l. fin. C. de fide instrum. cum similib. & l. si quis ex argentariis §. pen. de eden. Quod autem quis libros petitos non habeat, † iurata assertione probari posse videtur tex. in argumento in l. si omnes. §. à Barbaris. ff. de remilit. & in terminis eius colligi arbitrat, quæ notat gl. in l. si. C. de fide instrum. per illum tex. & in c. cum olim, il. extra de priuileg. & tradit Bar. in l. si quis ex argentariis. §. penult. quem sequuntur communiter Dd. & Salic. in d. l. si. & Imola in l. quesitum. ff. de re iudic. qui affirmat Dd. communiter ita firmare: quando quidem voluit Bartol. ibidem, quod quando amissio instrumenti, seu scripturæ fundamentum est defensionis alicuius: vt puta quia ex amissione quis se defendit, edere instrumentum, vel scripturam non teneatur, si simus in casu, in quo ad edendum quis officio iudicis, non actione cogi potest. In eo enim casu satis est, si quispiam scripturam non habere, seu libros, sed eos amisisse alleget: Nam in eo casu solo iuramento amissionem & ex consequenti suam defensionem probare poterit, etiam quod contra eum legitime vel præsumptiue probaretur, videlicet eū antea libros ipsos, vel scripturam aut instrumentum habuisse, vt expresse voluit ibidem Bar. quem Alex. & alii sequuntur. & ita intelligit illud, quod idemmet Bart. voluit in l. huiusmodi. §. si ita. ff. de leg. 1. & hoc idem tenet Alex. in cons. 58. vol. 1. & probatur in d. l. si. & faciunt etiam ea, quæ notat gl. & sequuntur Imola & Card. in clem. 1. §. ceterum, in gl. in versic. compellendos, de vsur. dum vult odio vsurarium † ac similibus eorum iuramento non credatur ad eos excusandos, vt exhibere non teneantur. Si vero sint honesti & probati viri, aliter dicendum esse: & ideo inferunt talium virorum hæredes, si sint probi, posse iurare libros, cartas vel instrumenta non habere, & eorum iuramento standum esse.

Præterea redeundo ad prædicta, animaduertendum est, contrariam opinionem, quod imo iuramentum probet, tenuerunt quamplures: & non solū quod probet, sed etiam quod eo præstito probatio in cōtrarium non admittatur, voluit Alexan. in l. ait Prætor, n. 10. ff. de iureiur. per tex. in l. non erit. §. dato ff. de iureiur. & in l. nam & postea. §. 1. ff. eod. tit. secus vero in confessione. l. 1. §. si quis vltro ff. de questio. Verum pro prædictorum declaratione dicendum est: Aut subsistit in vim confessionis, & est iuramentum voluntarium, id est extraiudiciale: & tunc plenam probationem non inducit, vt notatur in l. capite quinto. ff. de adult. At si subsistit in vim iuramenti plenam probationem facit, vt habetur in d. §. dato. & l. sed & si possessori. §. pen. ff. de iureiur. in iuramento autem necessario idem dicit Salic. dicit gl. & sequitur Bar. in l. maritus. ff. de quest. Verum ibidem Alex. inquit Castrensem distinguere, quod aut nos loquimur de iuramento conuentionali, seu voluntario, & tunc aut quæritur, an reo deferri possit: & inquit posse, vt noceat deferenti, vt deinde amplius accusare non possit. d. l. si maritus, la 2. §. si negauerit. ff. ad l. Iuliam de adult. nō alteri. Non tamen impeditur tunc iudex quin requirat, licet ipse non dicat: & idē

tradit

tradit Guil. de Cuneo in d.l. Prator. Aut queritur an reus iuramentum tale accusare volenti deferre possit: & inquit aut parum, aut nihil referre, propterea quod sola confessio extraiudicialis non nocet, & præsertim in criminalibus sine condemnatione, vt est tex. in l. Iulianus. ff. de confes. & multo melius facit tex. in l. si confessus, & ibi notat Bar. ff. de cast. & exhibit. reo. id quod notatur in d. l. cap. 5. Aut vero loquimur de iudiciali iuramento, & inquit iudicem tali delationi auctoritatem addere non debere, quam accusator deduxit. l. iusurandum, quod ex conventionem. §. si. ff. de iureiur. eo modo inducendo, quo inducit Bar. in d. l. ait Prator. si vero accidat, vt ipse auctoritatem addat, & reus iuret tale crimen non commisisse, videtur reipublicæ præiudicare, ita vt alius ad accusandum non admittatur, nisi de præiudicatione doceat, & præsertim si reus fuerit absolutus, per text. in l. si cui. §. idem. ff. de accusat. At e contra si reus deferat accusatori, & in eo casu inquit ibidem Alexan. deferentem delictum fatetur existimandum, quicquid dixerunt Iacob. Butrig. & Bart. & si adfentire videatur eum damnandum, si accusator iuret: & ideo ob talem ambiguitatem ponderandum esse ait, an pœna pecuniaria sit, & in eo casu iuramento standum sit, & ideo in hoc casu procedat opinio Bar. Aut pœna est corporalis, & tunc secus, propterea quod nemo est dominus membrorum suorum: & ideo ea de causa non videtur condemnandus. Subdit tamen Alex. optime ad id facere, licet nõ deducatur, illud quod habetur in c. cum homo. 23. q. 5, & hoc inquit tenere etiam Abb. in c. fin. extra de iureiur. vbi pariter etiam subdit in illis casibus: in quibus transigi potest, vt latius ibidem prosequitur Alexan. ad quem me breuitatis gratia refero. & rursus idem voluit Alex. in d. l. ait Prator ff. dato, num. 3. ff. de iureiur. Hæc autem conclusio aliquas paritur limitationes. & primo in casu l. qui iurasse. §. si pater. ff. de iureiur. Secundo fallit in l. eum qui. §. in popularib. num. 7. eod. tit. Tertio fallit in d. l. admonendi, num. 1. eod. tit. Dixit præterea August. Berous in consil. 82. num. 11.

8 volum. 2. ¶ alium modum probationis induci à forma statuti per iuramentum, & id accidit accedente iuramento debitoris, & cursu temporis 10. annorum, si fortasse creditor infra tempus à statuto requisitum non petierit: ¶ quandoquidem talis statuti dispositio videtur potius probationis quædam introductio quam præscriptionis forma. Id autem colligitur ex eo, quod statutum ex solo temporis cursu creditorem excludi nõ disponit, & eius actionem tolli nõ disponit, propterea quod si id voluisset præscriptio diceretur, quæ solum in temporis cursu posita est, vt habetur in toto tit. ff. de vsucap. & ff. de diuers. & tem. præscrip. & c. de præscript. longi temp. & toto tit. de præscript. 30. anno. & toto tit. extra de præscript. & c. possessor. de reg. iur. lib. 6. Quando autem statutum disponit creditorem à sua petitione excludi, si debitor & eius hæres soluisse iurauerit, & creditor per 10. annos debitum suum non petierit, videtur inducta præscriptio: & ideo in terminis nostris merito dicendum est, statutum prædictum speciem probationis induxisse, & sic solutionem, non præscriptionem probare: quæ quidem ex se ipsa iuramentum non exposcit debitoris, & factæ solutionis, sed cuiusdam præfixi temporis cursum tantummodo.

Præterea quod iuramentum probationis spe-

cies dicatur, dicunt Dd. & præsertim recentiores, videlicet Decius & Boet. in rub. extra de probatio. & Bal. & alii in rub. C. eod. tit. Item quod lex seu statutum possit modum hunc iurandi per iuramentum etiam cum aliquibus qualitatibus inducere, probatur in l. si quando, cum ibi notatis à Bart. & alii. C. vnde vi. & voluerunt etiam Canonistæ in c. fin. extra quod met. caus. & late tradunt Dd. in rub. extra de probat. & faciunt etiam ea quæ habentur in c. 2. extra de probat. ¶ Præterea quod ex cursu temporis & aliis qualitatibus concurrentibus & circumstantiis lex quandoque ex causa introducat modum & speciem probandi inter alios optime probatur ex iis quæ habentur in l. Procula, & ibi Bar. ff. de probat. & notatur in l. libertas. §. manumissus. ff. de alim. & cibari. legat.

Contrarium vero opinionem, videlicet ¶ quod imo iuramentum non sit probatio, tenuit Marinus Freccia in tract. de presentia instrum. par. 16. q. 2. num. 2. etiam quod in supplementum probationis deferatur: sed dicitur quædam à probandi onere releuatio, vt inquit Bal. in c. 1. §. sacramentum, in princ. in tit. de consuet. recti feudi. & in c. 1. §. conuenticulam, in princ. in tit. de pace iuram. firm. & est optimus tex. in d. l. si possessor. §. si. vers. perinde haberi ac si esset probatum. & supra latius dictum est. ff. de iureiur. & idem firmavit Pannorm. in c. forus, extra de verb. sign. quod illa proprie probatio dicatur, quæ testibus fit, vel instrumentis, vt dixit idem Bal. in auth. sed nouo, in fi. C. si cert. pet. & in l. actori. C. de iureiur.

Prædictam conclusionem limitat Bart. Socin. sen. in consil. 82. num. 2. vol. 3. dum vult, quod vbicumque in instrumento ille, qui confessus est dotem recepisse, iurat omnia & singula vera esse: ¶ nam in eo casu iuramentum assertorium veritatis contra ipsos iurantes probare arbitratur, vt voluerunt Bal. & Salyc. post Bar. in d. l. si. C. de non num. pecun. & ideo quod contractus simulatus in fraudem donationis dici non possit, voluerunt Butr. Imo. & Abb. in sua disputatione incipiente, stante statuto ciuitatis Senarum. & rursus Imola in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & in l. Seius & Augerius ff. ad Faluid. vbi dicunt communem esse opinionem.

C A P. CLXXXI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- i Iuramentum vbicumque defertur ex legis vel statuti dispositione, an aduersarius contrarium probare possit, etiam si lex vel statutum dicat iuramento standum esse.

¶ Quoniam de probatione iuramenti supra multa diximus, satis conuenit hoc loco querere, ¶ an vbicumque ex legis vel statuti dispositione iuramentum defertur, possit tamen aduersarius contrarium probare, etiam quod ipsa lex vel statutum iuramento standum esse disponat? In hac cõclusionem Tiraq. in tract. de vtroque retract. in tit. de retract. Lignagier. §. 1. num. 1. inquit contrarium probari posse, vt voluit gl. in l. 2. §. si absens. & ibidem Castren. in fi. & Alex. Socin. & Ias. ff. si ex noxa. cau. aga. ex quibus illam glo. esse singularem attestatur Castren. & idem voluit Azo in summa, C. ad l. Aquil. & Cynus & Bal. in l. 1. C. si aduers. libert. & Ioan. Andr. in c. statutum, col. 3. in verbo, iuramentum. Vbi etiam Gemin. in §. cum vero, de rescriptio. lib. 6. & Tancredus in suo libro quest. in tit. de proba-

probatio. quæst. 6. & Iacob. de Aret. Ang. Imola, Paul. Ca-
stren. Roman. & Alexand. in l. qui bona, §. qui damni, in
princ. per illum tex. ff. sol. matrim. & Iacob. Butrig. Bal. &
Salic. in l. 1. c. de re iudic. & Alber. in tract. de statut. in 2.
parte, quæstio. 13. incipiente, item quæro, si statuto vel re-
formatione. & Bal. in l. si tutor peritus, in fin. c. de peric.
tutor. vbi loquitur de statuto, quo disponitur pu-
blice formæ credendum esse contra magnates, &
in l. qui accusare, volum. 2. versic. ultimo notatur huc. c. de
edendo. & in l. fina. colum. 4. versic. ex hoc deciditur. ff. de
fer. & in l. Dynus, versic. 4. est argumentum, & ibi Angel.
circa medium. ff. de milita. testamen. & idem Bald. in l. 1.
vbi etiam Salic. c. de reb. credi. & in l. contra negantem,
in si. vbi iterum Salicet. pariter in fin. c. ad leg. Aquiliam,
& in c. 1. colum. 1. in verbo, credatur, in tit. si de inuestit.
inter dom. & vasa. l. u. oriat. & Ang. in l. qui restituere, col.
1. per illum text. ff. de rei vendic. & in l. qui vas, in princ.
per illum tex. ff. de fur. & in Authen. de exhiben. reis, in
princ. per illum tex. & in §. oportet, in Authen. de iudic.
& Salic. in l. 1. vbi tradit etiam glos. 1. c. de reb. credit. &
iureiuran. & in l. ea quidem, in 10. quæstio. c. de accusatio.
& Petr. Anchar. in cap. 1. in 14. quæst. princ. versic. circa hoc
quæro ulterius, extra de constitut. & in cap. semel malus,
colum. 5. de reg. iur. in 6. & Panorm. in c. continebatur,
vbi Goffred. Calder. & Ioan. Zoch. & Cardin. Alexandr.
extra de despon. impuber. & idem Panorm. in c. proposui-
sti, in 1. notab. & ibidem etiam Felin. colum. 1. & 2. &
Dec. in 3. notab. extra de probat. & idem Panorm. in con-
sil. 51. videtur primo standum, vers. Quinto adduco, vol. 1.
& iterum Roman. in l. si duo. ff. de acquiren. hered. & in
l. admonendi, colum. 15. & seq. vbi etiam Alex. colum. 34.
& Franc. Curt. senior in repetitio. car. 22. colum. 4. versic.
& pro ista parte, & multis sequen. & las. etiam in sua rep-
et. colum. 09. versic. ex ista col. num. 304. & seq. ff. de iu-
reiur. & iterum Roman. in consil. 102. super eo quod primo
quæritur, colum. 2. vbi inde infert, quod stante statuto,
quod elapsis 10. annis si iuretur debitum solu-
tum esse debitor liberetur, prædicto tamen statuto
ita disponente non obstante contrarium probari
posse. & mouetur per text. in l. videamus. §. item vi-
dendum. iuncta l. fin. ff. de in lit. iuran. & idem Roman. in
consil. 241. spectabiles Domini, in princ. & Castren. in l. si.
ff. de præst. stipul. & Steph. Pheder. in suo tract. de legum in-
terpretatio. parte 2. car. 5. versic. item si statuto cauetur. &
Ang. Aret. in tract. malefic. in vers. Nec non ad denuncia-
tionem Ioannis Ambrosii, num. 15. & ibidem August. Ari-
num. 16. & seq. & Bart. C. pol. in caut. 104. secundum no-
uam impressionem, incipiente, Multa sunt statuta. & ite-
rum Alex. in consil. 114. in causa & lite vertente circa fi-
lios, col. 1. & alii seq. vol. 4. & idem iterum repetit in con-
sil. 47. volum. 6. & iterum Alex. in consil. 9. in causa & lite
pendente, col. 2. in si. in cod. volum. 6. & late Andr. Barb. in
tract. de præst. Card. q. 2. 2. part. & Socin. in consil. 55.
Præstantissime Doctor, col. fin. vol. 1. & in tract. fallentia.
reg. 380. statutum mandans. & Felin. in c. præterea, in fin.
extra de testib. cogen. & in c. pastoralis, col. 10. versic. & ge-
neraliter, extra de exceptio. & las. in d. l. si quando, col. 4.
versic. pro ista opinione. c. vnde vi. & in d. l. iubemus. §. de-
ferre, col. si. in princ. & rursus in d. l. si ff. de in lit. iuran. &
in l. ait Prator, quæ est 3. §. iurat, colum. 2. ff. de iureiur. &
rursus in d. l. cum qui. §. in popularibus, col. 3. eodem tit. &
Philip. Decius in consil. 83. in causa accusationis, post prin.
& Matth. Afflict. super constitutio. Sicilia. de aleatoribus,
in quinto notabili. & Hippot. Marfil. in repetitio. rub. ff. de
probatio. colum. 30. versic. non tamen omitto. & in l. 1. §. si
serui, colum. 1. ff. de quæst. & Catellia. Cotta in memo-

riali incipiente, *damnum datum*, & Bal. in consil. 39. n. 2.
volum. 3.

Prædicta conclusio & si communis videatur:
non desunt tamen qui contrarium voluerint & te-
neant, in contrarium probationem admittendam
non esse, vtpote Iacob. de Arenâ sibi contrarius, &
Raphael Fulgosius in d. l. 1. c. si aduers. liberta. Moue-
tur autem ex eo quod illa probatio, cui lex vel sta-
tutum standum esse præcipit, iuris est de iure, & ideo
reprobari non potest. Cuius etiam sententiæ sunt
Ioan. Monach. & Ioan. Fan. in c. eos, de tempo. ordinat.
lib. 6. & Domini de Rota in decis. 79. incipiente, Nota quod
vbi quis impetrat, in antiquis. & Alberic. in d. l. qui bona.
§. qui damni. ff. de damno infecto, & Bald. sibi & ipse con-
trarius in l. non est. c. quod met. causa. & clarius in repetit.
d. l. 2. in vlt. carta, versic. sed pone quod statutum. ff. de iu-
reiuran. per tex. in d. l. 3. versic. proderit que, eod. tit. & in l.
2. eod. tit. & argumento l. si. ff. de fideiuss. & iterum Bald.
in eadem l. 3. in princ. col. 2. versic. circa sextum. ff. de iure-
iuran. Prædictis tamen non obstantibus Tiraquell.
ibidem, n. 3. inquit præcedentem opinionem com-
muniorem esse, & vt plerunq; fit, veriore vt ibi-
dem ipse latius prosequitur.

C A P. CLXXXII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

Statutum si extat quod venditio seu alius contractus
excedens summam centum, non possit probari nisi
per instrumentum publicum, & in eo sit appositum
iuramentum, sed de contractu non extet iuramen-
tum, an tunc iuramentum in instrumento apposi-
tum fuisse per testes probari possit.

REnta autem posteriore conclusione, quod
non obstante statuto mandate iuramento stan-
dum esse admittatur nihilominus probatio in con-
trarium, oritur alia inter Doct. nostros altercatio,
de qua tradit Hipp. Marfil. in sing. 126. † An si statu-
tum disponat, quod venditio seu alius contractus
excedens summam centum fortasse aureorum, pro-
bari non possit, nisi publico instrumento, & factus
sit cōtractus excedens dictam summam, sit tamen
in eo appositum iuramentum, sed de contractu men-
tio facta nō sit, sed testes tantummodo interuene-
rint: & eodem statuto caueatur testibus cōtractum
probari non posse: an tunc stante prædicto statuto
saltem iuramentum in contractu prædicto apposi-
tum fuisse testibus probari possit. & dixit Marfilius
posse, vt voluit singulariter Imo. in d. c. cum contin-
gat, extra de iureiur. quod quidem dictum refert &
sequitur Felin. in c. sicut consuetudo, col. 6. versic. sexto
intellige, extra de probat. quod quidem dictum valde
commendat ibid. Marfil. dicitque memoriæ man-
dandum, propterea quod maximos effectos pro-
ducere potest: nam licet agens ad obseruantiam con-
tractus directe contractum ipsum testibus proba-
re non possit: si tamen indirecte probet ipsum iu-
rumentum coram iudice ecclesiastico duobus te-
stibus sufficere, quandoquidem probato iuramen-
to, iudex ecclesiasticus iurantem ad obseruandum
contractum compellit. Comprobat hanc conclu-
sionem iis, quæ dixit Paul. Castr. in consil. 219. in cau-
sa, quæ vertitur, ante fin. & hæc inquit addenda iis,
quæ dixit in singul. 7. accessorium, & c. circa finem.

C A P. CLXXXIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 *Iuramentum, an probet difficultatem probandi fideiussorem.*

Conuenit præterea subiectæ materiæ, † an iuramentum probet difficultatem præstandi fideiussorem, vt meminit Catel. Cotta in suis memorialibus in memoriali, in verbo iuramentum probat. vbi inquit talem difficultatem probare, vt dixit Bal. in l. 1. §. 1. per illum text. C. de asser. tollen. & refert Iasonem in aurb. cui relictum, colum. fin. vers. nota istam. C. de indic. vidui. tollen. inquit tamen hoc dictum Bal. repugnare text. in d. §. 1. quo Bal. potissimum mouetur. At de hoc loquês Alex. in sua ad Bar. paraphrasi in d. §. 1. soluendo dubitationem dixit, dictum hoc Bal. tex. illum destruere, & ideo Cotta eodem in loco inquit existimare prædictum Bal. dictum ita singulare, vt asseritur, nõ esse, propterea quod idem voluit iterum glos. in l. 1. ff. qui satis cog. quam ibidem Doct. approbant, & præfertim Alex. col. 2. qui tamen eam conclusionem limitat, nisi iudex præsumptiones vel indicia habeat, quod possit fideiussores præstare. & illam gl. communiter inquit approbari à Socino consil. 79. cum in presenti, col. 2. versic. tertio confirmatur, vol. 2. Et licet nemo respondeat d. §. 1. respondet tamen Cotta p. ipsa gl. Bar. & sequacibus quod ex quo id modici præiudicii est, cum vere ipse sit pauper, & si tex. expresse requirat id iudici manifeste ostendi: Attamen cum non expresserit, vt id potius probationibus, quam alia via fieri debeat, merito satis esse existimare, si iureiurando ostendatur, vt inquit Felin. in rub. extra de probat. colum. 3. vers. secundo limita. Et præfertim, quia præsumptionibus vel aliis similibus iuris præsumptionibus quis liquido probare dicitur, vt notat Bal. per illum text. cum gl. in l. si tutor petitus. C. de peric. tut. cum iis, que late cumulant Doct. in locis communib. & Andr. Sicul. in l. cum acutissimi, in 7. & 8. colum. de fideiuss. & ita in similibus terminis respondet etiam Felin. in c. prudentia. §. sexta, versic. non obstat verbum legitime, extra de offic. deleg. Confirmat hanc conclusionem subiecta materia: Nam regulariter iuramentum legitima probatio dicitur, vt inquit concludendo Dec. in consil. 18. viso pacto, colum. 1. cum hæc in animo consistant. & aliter vt plurimum probari non possint, vt eleganter declarat Bar. in l. inter omnes. §. recte, vers. quæro, circa voluntatem. ff. de furt. & Alexan. in consil. 133. viso processu, col. 2. versic. facit hoc, vol. 1. & in pulchra quæstione concludit Ias. in l. pen. in princ. in fi. notab. ff. de iurisdic. omn. iud. & consuluit Corn. in consil. 1. in hac consultatione, col. penult. vol. 1. & idem dixit Zabarel. in consil. 37. super infrascript. dubiis, col. 2. & idem de scriptura ommissa tradit Alex. in l. publicati, in fi. notab. C. de testam. Id tamen limitatur in casu posito à Bart. Veronense in c. 222. Regula est. Et idem de ignorantia alicuius rei. Ratio autem prædictorum omnium ea est, quod ab animo pendeat, vt inquit gl. singularis in c. proposuisti, in vers. non probatur, post medium, §2. distinct. de qua meminit Ias. in d. l. non erit. §. non erit, quam legit cum l. 3. §. iurari, in 3. notab. & in repetitione d. l. admonendi, col. 116. post princ. vbi tradit etiam Rom. col. 8. ff. de iureiuran. Præterea idem voluit Alex. in consil. 71. videtur prima consideratione, col. fin. vol. 1. & ideo dicunt hoc dictum

Bal. facere ad declarationem statuti Mediolanensis sub rub. de fideiuss. exonerat. quia quod non inueniat, vel inuenire non possit alium fideiussorem, eius iuramento standum est.

C A P. CLXXXIII.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 *Solemmitates omnes licet interuenisse in contractu præsumantur, iuramentum tamen interuenisse non præsumitur, nisi probetur.*
- 2 *Iuramentum notarius apponendo clausulas extendere non potest, vel apponere.*

Non est etiam omittendum, vt inquit Marinus Freccia in tract. de presenta. instrumen. 6. par. numero 16. † quod licet in contractu præsumantur interuenisse omnes solemnitates cum clausularum appositione: attamen iuramentum interpositum fuisse præsumendum nõ esse, nisi interuenisse probetur, & si apponi solitum sit. & ratio est, quia est solemnitas extrinseca, vt habetur in l. si stipulatus. §. Grisogonus. ff. de verb. obligatio. & tradunt Dd. in l. sciendum. ff. eod. tit. & tenuit Butrius in c. penult. extra de iureiur. & sequitur Socin. in consil. 83. colum. 3. volum. 3. Quinimo notarius clausulas apponendo, illud extendere potest, vel apponere, vt ait Socin. in consil. 24. colum. 7. vol. 1. Dixit tamen Niconitius in c. quoniam contra falsam, in versic. notat Abbas, quinto loco, num. 155. extra de probatio. cauendum esse circa illam assertionem, quia efficit vt non credatur ei, nisi ipse asserens iuret apposuisse, propterea quod iuramenti appositio ei credulitatem tribuit, vt notat Bartol. in pralud. feudo. in tertia diuisione, colum. 9. versic. circa hoc dubitatur de tali quæstione. & sequitur Ias. in l. si donatione colum. 7. C. de collatio. & ita limitatur regula l. & si forte, quod notandum esse inquit, & si Barb. in cap. nonnulli. §. sunt & alii, num. 58. extra de rescript. auctoritate Bal. in l. iusiurandi. C. de testib. dixerit, † quod si notarius in instrumento scripserit talem iuratum deposuisse, pro iuramento præsumendum esse, propterea quod tunc interuenisse possibile sit, vt voluit gl. singularis in l. 1. C. de fide instrum. & iure hæstæ fiscal. lib. 10.

C A P. CLXXXV.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 *Iuramentum, an in ecclesia præstari possit.*
- 2 *Actus iudiciales, qui in ecclesia fieri possint.*

Quari etiam solet, † an iuramentum in ecclesia præstari possit? Qua de re Philippus Francus in c. decet, num. 6. de immunita. ecclesie, lib. 6. per ea, que dixit Bart. & sequutus est Bal. in l. nemo apostolorum. C. de sacrosanct. eccles. ita distinguebat. Aut enim inquit ipse, disceptatur, an sit iurandum, necne, & tunc vult, vt cum sit actus iudicialis, & contentiosus, in ecclesia præstari non possit, vt ibidem Bart. sequitur Bald. Post autem disceptationem & deliberationem in iudicio factam partis iuramentum in ecclesia præstari posse, cum non sit actus contentiosus. vt videtur text. in l. generaliter, in fi. C. de reb. credit. vbi dicitur super altare iurari aliquando posse,

posse, & ideo vt in ecclesia iurari possit multo magis dicendum est, eandem conclusionem confirmat per tex. in c. habemus. 22. quest. 1. Dubitat tamen ibidem Bal. de testis iuramento. & ratio est, quia iudice pro tribunali sedente præstandum est: quod sane in ecclesia fieri non potest, vt est tex. in d. c. decet. Prædictis tamen non obstantibus concludit ibidem Bal. in ecclesia præstari posse, ex quo est actus spiritualis, & religiosus. l. i. ff. de iureiur. & facit tex. in cap. mulieres, de iud. lib. 6. & idem inquit tenere Dominicus à Sancto Gemin. in d. c. decet, & Bal. in d. l. generaliter, in fi. Et id subsistente causa multo magis dicendum arbitratur, vt puta quod fortasse sit mulier, quæ iurare debet, & honestiorem locum non habeat. Subdit deinde Francus animaduertendum esse, quod prædicta possent fortasse procedere in iuramento nõ iudiciali in iudiciali autem nequaquam, vt videtur tex. in d. c. decet. Vbi quilibet iudicialis actus prohibetur, vt voluit Io. Andr. ibidem, in vers. omnis. iuramentum namque de processu est, vt habetur in d. c. quoniam contra falsam, extra de probat. ita vt idem dicendum sit, etiam si alteri à iudice iuramentum committeretur, vt habetur in clemen. 1. ff. de offic. delegati. quandoquidem tunc iurisdictionis committitur, vt ibi notatur: qui quidem actus iurisdictionalis, & quilibet alius qui de processu causæ sit, ipso iure nullus est, vt habetur in d. cap. decet. Nec prædictis quod iuramentum sit spirituale, obstare videtur, propterea quod de aliis iuramentis intelligi potest, non de iudicialibus: quandoquidem iudicialia ibi prohibentur, & si spiritualia sint, vel spiritualitatem contineant: alioquin accideret vt iudex secularis in ecclesia super causâ vertente in materia iuramentorum procedere possit, quod quidem nullo modo dicendum videtur. Vel etiam aliter respondendo dici potest, quod licet iuramenta sint spiritualia, prohibeantur tamen ibi loci ratione exerceri, vt dixit Ioan. Andr. in cap. 1. de consecra. lib. 6. in glos. in verbo. seminis. & præsertim cum sint iudicialia & à laicis exercentur, vt habetur in d. c. debet. Prosequitur etiam ibidem late Francus ꝛ illos actus, qui in ecclesia fieri possunt, & ideo ne bis eadem repetamus, ad eum me refero. Addit prædictus Francisc. Marci in quest. 1228. num. 5. vol. 1. iuramentum à principio antequam vlla electio fiat, præstandum esse in capitulo introitu, vt in sacra pagina habetur in c. 1. §. & cum humane, & §. ad locum vero, vbi tradit gl. extra de elect. talem electionem in ecclesia cathedrali faciendam esse, si fieri potest, cap. in nomine Domini 23. distinctio.

C A P. CLXXXVI.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum vim solutionis habet, & etiam sententia.
 - 2 Minor deferens iuramentum si latur, restituitur in integrum aduersus lesionem.
- 1 HAbent ꝛ præterea iuramentum & sententia vim solutionis, vt inquit Franciscus Marci in quest. 520. num. 9. volum. 1. & Riminald. in l. seruus, num. 2. ff. de iureiur. & voluit Bar. in l. ex duobus, num. 19. ff. de duobus reis. & iterum Bar. in l. si actor, num. 2. ff. de iureiur. arguendo de d. l. duobus. §. 1. ff. eod. tit. Et ideo inferit,

quod omnis tollatur obligatio, litem illa. §. si. ff. de const. pec. & iterum voluit Bar. in l. qui iurasse. §. 1. num. 8. ff. de iureiur. Corneus autem in l. iusurandum, quod ex conuentione. §. pupillus, num. 5. cõtrariam sententiam sequitur, & inquit vim solutionis non habere, saltem quo ad omnia, autoritate Bart. & ideo semper naturalem obligationem non tollere. & ideo ibidem ita Corne. declarat illud, quod habetur Inst. quibus mod. tollit. oblig. in princ. Videlicet quod iuramentum cum debita solemnitate præstitum sit: & ideo distinguendo inquit: aut loquimur de iuramento iudicialiter delato, iuxta terminos l. manifesta, ff. de iureiur. & sic de quasi necessario: & tunc dicit veram esse gl. & eius dictum procedere, vt scilicet iuramentum naturalem obligationem non tollat, cum consensus non interuenerit, quemadmodum etiam in sententia non interuenire dicitur. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. & habetur in l. Iulianus verum debitorem. ff. de cond. indeb. licet solutio vere & re ipsa naturalem ipsam obligationem tollat, vt habetur in d. gl. §. pupillus. l. iusurandum, quod ex conuentione. circa quam illud tamen animaduertendum est, quod quatenus de iuramento loquitur, inquit eo naturalem obligationem non tolli, sed ciuilem, prout subdit dixisse in l. nã & postea, in princ. ff. de verb. oblig. Aut vero loquimur de voluntate extraiudiciali, & illud naturalem obligationem proculdubio tollere arbitratur, vt voluit etiam Corn. in l. si. ff. de iureiur. Id autem ob consensum, qui inest, accidere arbitratur, vt habetur in d. l. Stichum. §. naturalis. ff. de solutio. & in l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. & in l. ab emptione. ff. de pac. Illud tamen hac de re adnotandum est, quod si minor ꝛ ita iuramentum deferens licet etiam tutoris vel curatoris autoritas accedat latur, in integrum tamen restituitur. d. l. si minor. Secus vero si debitam pecuniam recipiat cum debita solemnitate, videlicet cum autoritate tutoris vel curatoris: nam in eo casu soluens pleniorum consequitur liberationem, & talem vt si soluta pecunia in malos vsus conuertatur, contra ipsum tutorem vel curatorem regressum habeat: & id multo magis procedit, si decretum iudicis interueniat: nam tunc soluens plenissime liberatur & omnimodam securitatem consequitur, adeo vt minor solutionem recipiens etiam deinde pecunia consumetur & in malos vsus conuertatur ob talem lesionem, à consumptione prædicta descendente in integrum non restituatur, vt voluit gl. in l. fina. C. si aduers. vendit. & notat Bal. in l. ait Prætor, §. permittitur. ff. de mino. & l. frustra. ff. de administr. tut. & curat. & Imo in l. si pupilli. ff. de solutio. Ratio autem differentia, vt ibidem inquit Corneus, ea esse potest, quod debitor, qui creditori soluit, soluere compelli potest, & Io. Maria. Riminald. in consil. 285. n. 22. vol. 2. & ideo ei vt liberationem consequatur, subueniendum est, si eam solemnitate adhibeat, quam potest, & adhiberi consuevit, intelligit autem de necessitate non solum præcisa, sed etiam causatiua, vt puta quia ad vsuras teneatur, vel interesse minoris, cuius pecuniam retinet, argumento totius tituli, si tutor non gesserit. & de periculo tuto. vt habetur in l. quod re. ff. si cert. pet. At secus quidem est in iuramento alicui à minore præstando delato, propterea quod illud nulla necessitate cogente præstat, etiam retentis terminis d. l. manifesta. Et id comprobari ait ex iis, quæ habentur in l. ait Prætor. §. permittitur. ff. de minor.

minor. & in d. l. iusurandum à debitore. ff. de iureiuran. hæc sane ratio est Præceptoris Cornei, vt ipse inquit. Ipse vero aliâ deducit, & est huiusmodi, quod minor iuramentum deferendo in ipso delationis actu lædi potest, & ideo aduersus ipsam delationem restituendus sit. *d. l. nam & postea, §. si minor*, in receptione autem solutionis ex ipsa receptione lædi non possit, sed ex constitutione tantummodo, quæ deinde subsequitur, vt habetur in *l. si vero remunerandi. §. si adolescens luxuriosus. ff. manda.* vnde cum ipse actus solutionis deinde subsequatur, de eo ille qui soluit, curam habere non debet, sed tutores & curatores ipsius pupilli vel minoris tutores & curatores: Et ideo mirum non est, si soluens excusetur. id quod procedere etiâ inquit in aliis actibus à minore gestis cum auctoritate tutoris vel curatoris, concurrente iudicis decreto. Nec quidem mirum est, propterea quod quando etiam ipse minor non læderetur, possit tamen in integrum restitutionem petere, sicut etiam potest deferendo iuramentum, prout de ipsa cõfessione dicitur, prout inquit Bal. ad quem me refero, quia est extra-propositam materiam, in *l. clarum, de auctor. præstan.* & iterum tradit Bart. & sequuntur alii Dd. in *l. certum. §. minorem ff. de confess.* & in *l. si curatorem habens, de integ. restitutio.* & idem attigit glos. in *d. l. iusurandum, quod §. pupillus. num. 5. in ff. de iureiuran.* & habetur in *authen. sacramenta puerum. C. si aduers. vend.* Verum Bart. in *l. si actor, num. 2. ff. de iureiuran.* opponendo quod imo iuramentum vim solutionis habeat, de *tex. in l. duobus. §. 1. ff. de iureiuran.* & ideo omnis tollatur obligatio, per *tex. in l. item illa §. fina. ff. de constit. pecun.* inquit illud procedere quo ad illam causam, super qua iuratur, non autem quo ad alias: quod quidem notandum arbitratur, licet illa alia causa vera fortasse ex vna causa solutione tolleretur: Nã ex quo solutio proueniens à iuramento ficta dicitur, merito ad eam causam tantum astringi & referri debet, super qua iuratum est: quo fit, vt huiusmodi ficta solutio causam illam aut personas non egrediat, vt notatur in *d. l. duobus. §. 1. ff. de iureiur.* Præterea quod iuramentum habeat vim solutionis fictæ, non veræ notat Bart. in *d. l. duobus. ff. de iureiur.* & ideo dixit idem Bart. in *l. iusurandum. §. pupillus. num. 3. ff. de iureiuran.* vim solutionis quo ad omnia non habere, vt supra dictum est, & iterum Bartol. in 3. questione incipiente, *Perusina ciuitatis, num. 9.* vbi pariter inquit, iuramentum vim fictæ solutionis habere, & ideo dixit las. in *d. l. si actor, num. 2. ff. de iureiuran.* respondendo clarius quam respondeant gl. & Bart. illud, quod dicitur, iuramentum vim solutionis habere, tunc locum habere, quando super principali debito præstitum est, non cum non de principali debito, sed accessorio præstat: videlicet, vt inquit ibidem Alber. & Fulgos. super constituto.

C A P. CLXXXVII.

A R G V M E N T V M.

Iurans soluere, an possit vbi exceptione vsurarum.

S V M M A R I A.

- 1 Iurans soluere, prius tenetur soluere & Deo iuramentum reddere, & deinde exceptionem vsurarum

rum opponere, nisi prius absolutionem à iuramento impet. auerit.

- 2 Iurans soluere in pecunia numerata, vt non potest beneficio auth. hoc nisi debitor. C. de solutio.
- 3 Locupletari potius quis indies censetur, quam suum iactare.

PRO declaratione prædictorum dixit Natta in *consil. 384. num. 8. volum. 2.* eum qui soluere iurauit, prius soluere debere, & iuramentum Deo persoluere, antequam vsuratum exceptionem obiciat: nisi fortasse mora adhuc non commissa, & termino ad soluendum constituto absolutionem à iuramento impetrauerit. *c. debitores, vbi tradit Abb. post alios, extra de iureiuran.* & tradit Alexan. reprobans Ang. aliter sentientem in *l. stipulatio ista, §. alteri, eolum. pen. ff. de verb. oblig.* Pariter etiam inquit Laurentius Siluanus in *consil. 40 num. 15.* iurantem i solutere, pecunia vt non possit beneficio auth. hoc nisi debitor. *C. de solutio.* Quod beneficium est, vt si fortasse soluere non possit in rebus mobilibus, soluat in rebus immobilibus, vt voluit etiam Alexan. in *consil. 37. in secundo dubio, volum. 2.* & videtur ita intelligi communiter ab aliis in *l. 2. §. mutui datio, nu. 35 ff. si cert. per.* & id maxime procedit & locum habet, vbi accedat omnium exceptionum generalis renunciatio, vt dixit Ludouic. Gozad. in *consil. 32. prima facie.* subdit tamen, illam opinionem veram esse & procedere existimare, si promittens sit pauper, & ex consequenti vbicumque beneficium. d. auth. tempore ipsius promissionis oriretur: si vero promittens tempore contractus esset diues: tempore vero solutionis aliquam ob inopinatam causam, vt puta belli, pestis vel incendii pauper effectus esset, ita vt re salua satisfacere non posset, eam communem sententiam locum non habere, propterea quod præsumendum non est, eum etiam qui generaliter promittit de huiusmodi inopinato calu cogitasse & præserim, quia præsumendum est, vt etiam ille qui generaliter promittit, de huiusmodi casu inopinato cogitauerit: accedente etiam quod quilibet indies potius locupletari, quam suum iactare censetur. *l. si defunctus. C. arbit. tutel. & l. cum de indebito. ff. de probatio.* Tristis namque & aduersa fortuna in consideratione esse non solet. *d. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. oblig. & l. Iulianus. ff. qui & à quib. & ibidem multo latius prosequitur ipse Siluanus.*

C A P. CLXXXVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iurans aliquid facere, vel soluere ad commodum & vtilitatem alicuius, vt puta infra 10. dies, si ille in cuius fauorem iurauit, obligationem remittit, alia absolutione non indiget.

Iurauerit si fortasse quispiam aliquid facere, vel soluere ad alicuius commodum & vtilitatem, vt puta infra 10. dies: si ille in cuius commodum & fauorem iurauit, obligationem remittat, alia absolutione non indiget, vt dixit Abb. in *c. 1. in vlt. notab. extra de iureiur. & Fel. in c. 1. in 2. notab. n. 2. eod. tit.* id autem intelligendum est, nisi ille, qui iurauerit, iã in periculum incidisset, ex eo fortasse quod intra terminum non soluerit, propterea quod in eo casu remissio amplius

amplius non prodest, etiam quod fieret ab eo, in cuius commodum & fauorem facta est, vt inquit Bar. in l. pen. ff. de iureiur. & Felin. in d. c. i. versic. item intellige, n. ii. ibi adde, quod hoc etiam habet locum, vbi iuramentum esset remissum à parte tacite, & de hoc tradit Felin. in d. c. i. in versic. vnum etiam relatione. num. 5. extra de iureiuran. Quod autem pars iuramentum ad terminum cōstitutum prorogare possit, tradit Bar. in l. i. §. & post operis, nu. 7. ff. de oper. noui nunc. Nam inquit partem non solum prorogare posse, sed etiam remittere, vt habetur in c. i. extra de iureiuran. & ibidem tradunt Innoc. Aret. & Ioan. Andr. in c. praterca, extra de appellatio.

C A P. CLXXXIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum vim acceptilationis habet.
- 2 Iuramentum praterca† habere vim acceptilationis voluit Corn. in l. iusurandum à debitore, num. i. ff. de iureiur. & Alb. de Ros. in rub. de iureiur. siue volunt: siue necessa. siue iudic. num. 13. dum inquit, comparari acceptilationi, seu exceptioni, per text. in d. l. iusurandum à debitore. & ideo inquit tollere moram & pœnam & ex mora prouenientem.

C A P. CXC.

Argumentum est in Summariis.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum habet aliquam vim nouationis, delegationis & solutionis.
 - 2 Iuramentum impedit nouationem.
- 1 P Rædictis addendum est, † iuramentum vim aliquam nouationis, delegationis & solutionis habere, de vi solutionis supra traditum est: subdit tamen proprie nouationem iuramentum non parere, nec delegationem, nec solutionem, vt videtur id decidere tex. ibi, in star. iudicii. Illa enim dictio, in star, improprietas denotat, & idem videtur tenere Ang. in l. iurasse §. iusurandi, num. 1. ff. de iureiur. Dixit etiam August. Berous in c. potuit, num. 135. extra de locato, iuramentum nouationem impedire, vt voluit Alex. in l. ita stipulatus, in fi. ff. de verb. obligat. & Bar. in l. si quis maior, colum. 2. & si. versic. item dico. C. de transact. & Bar. in l. qui iurasse. §. 1. num. 2. ff. de iureiur. inquit vim nouationis habere, & idem voluit Ias. in l. iusurandum, num. 2. ff. de iureiur. inquit gl. ibi quæ-
 2 rere, † quomodo iuramentum nouationis vim habeat: quandoquidem si deferatur auctori, vim nouationis habet: & licet non priuatiue, quæ vere est nouatio, ex quo antiqua obligatio extinguitur, & alia noua inducitur in eodem vel alio, & de hac proprie loquitur titulus. ff. & C. de nouatio. habet saltem vim nouationis accumulatiue, vt inquit Doctores nostri, propterea quod iuramentum primam actionem non tollit, sed ei aliam cumulat & addit, vt est tex. in l. eum qui, in princip. in versic. cum omissa secundum intellectum gl. vbi Bar. notat. ff. de iureiuran. & idem in simili de sententia dicimus, quod vim nouationis accumulatiue habet. l. nepoti, & ibi gl. & Bar. ff. de fundo instruct. & gl. & Dd. in l. i. C. de iudic. & iterum gl. in l. duobus. ff. de excep. rei iud.

C A P. CXCI.

A R G V M E N T V M.

Iuramento an instantia prorogetur.

S V M M A R I A.

- 1 Iuramentum, quo instantia prorogatur, subsistit.
- 2 Instantia iuramento prorogatur.
- 3 Prorogatum tempus dicitur idem, quod primum, & vnum tempus, vnusque terminus.
- 4 Excommunicatus si quis sit, nisi infra decem dies satisfecerit, non dicitur excommunicatus, si infra illos 10. dies non satisfecerit, sed post facta termini prorogatione.
- 5 Iuramentum vere & proprie dicitur adimpleri infra tempus prorogatum.
- 6 Excommunicatus, an quis sit, si promiserit soluere infra certum & determinatum tempus, & soluerit elapso etiam termino prorogato in casibus propofitis.
- 7 Prorogatio cum omnibus suis qualitatibus facta intelligitur.
- 8 Pignora aliena non censentur repetita & obligata, nec fideiusiones date in prima locazione.

Voluit Alciat. in c. cum contingat, num. 28. extra de iureiur. instantiam iuramento † prorogari posse, & iuramentum ipsum quo prorogatur, subsistere, & si fauore publico prohibitum videatur. l. propterandum. C. de iudic. & ideo August. † Perous in c. de causis num. 31. extra de offic. & potest. iud. deleg. inde inferebat, tempus † prorogatum idem cum primo in instrumento appositum censeri, & vnum idemque tempus ac terminum dici, non autem duo. Et ideo Host. in c. praterca, extra de appellationib. voluit, quod si fortasse conuentum sit, vt quispiam sit † excommunicatus, nisi infra 10. dies creditori suo satisfecerit, & accadat vt intra illos 10. dies non satisfaciatur: sed deinde tempore prorogato, vt puta quia tempus illud 10. dierum sit prorogatum & auctum, & ad aliud tempus extensum, an si debitor infra illos 10. dies non satisfecerit, sed deinde tempore prorogato in excommunicationem incidat & hoc dictum Hostiensis inquit ibidem Berous esse valde notabile. Ratio autem ea est, quia intra tempus cōuentum satisfecisse dicitur, cum vt supra diximus, terminus prorogatus sit idem. Et id locum quoque habere arbitratur, si eilemus in casu, in quo actus in forma specifica & proprie fieri deberet, propterea quod satis est quid fieri tempore conuento vel prorogato, prout quando agitur de adimplendo iuramento, quod proprie vere & specificè adimplendum est & magis proprie quam conditio, vt habetur in d. c. ad nostram, il. i. extra de iureiur. & supra late diximus, cum tractarem iuramentum de soluendo compensatione non adimpleri, conditionem autem de soluendo adimpleri. l. si peculium. §. quod si ff. de statu liber. & tamen obligatus ad soluendum cum iuramento infra 10. dies, non dicitur periurus si soluat post illos 10. dies, dummodo tamen intra tempus prorogatum soluat, cum idem cum primo esse dicatur, & ex consequenti vere † & proprie iuramentum adimpleri dicatur intra tempus prorogatum, vt singulariter dixit Cardin. in clemet. 1. §. nos itaque, in versic. Quinto quaro, extra de iureiuran. & hoc dictum inquit sequi recentiores ibi, & verum esse.

Verum stantibus prædictis Berous *ibidem*, num. 32. & inquit, adhuc illud dubium superesse, † an si elapso termino etiam prorogato in casibus propositis debitor non satisfaciat, in excommunicationis pœnam incurrat. Et in hoc casu, vt omnino incurrat, magis communem esse opinionem arbitratur. & rationem esse inquit, quia prorogatio † cum omnibus qualitatibus conditionibus & cõventionibus ipsius primi termini primæuæ dispositionis faciendæ est, & facta intelligitur. l. Labeo. §. hæc autem clausula. ff. de arbit. & est gl. in c. hi, qui. de præb. lib. 6. & *ibidem* Dom. à Sancto Gemin. & Bal. in l. si constante. C. de don. ante nup. & Imola in consil. 11. & in l. parabolani, vbi etiam tradit Bal. C. de episc. & cler. & præsertim, quia vt supra quoq; dicebamus, terminus prorogatus, idem terminus esse dicitur, & hoc idem in terminis ipsius iuramenti videtur tenuisse Bar. in l. cum stipulatus sim mihi & Proculo. ff. de verb. oblig. & in l. 1. §. & post operis. ff. de noui oper. nuncia. cum similibus *ibidem* à recentioribus deductis. Subdit tamen *ibidem* Berous, recentiores in contrarium adducere tex. in cap. pen. extra de iureiur. vbi iuramenti qualitas repetita non videtur in termino probatorio, nisi expresse dictum fuerit. Ad hanc obiectionem variis modis responderet, & in primis ideo ideo in loco accidere existimasse, quia iuramentum ad aliam rem, vtputa ad statuta deinde edita extendebatur: Nos autem loquimur, cum ad eandem rem fit relatio, idemq; tempus, propterea quod tunc tempus prorogatum est idem cum primo, vt supra diximus. Verum quia recentioribus nouissime scribentibus *ibidem* id non probatur ea ratione, quod verum non sit, tempus prorogatum idem esse cū primo, quo ad ipsam naturam & substantiam iuramenti, quæ est, vt tantummodo locum habeat in eo, de quo interponitur. d. c. pen. ergo? Vnde ita residendo limitant prædicti nouissimi recentiores præcedentem conclusionem, tenendo vt tempus prorogatum idem cum primo esse non dicatur, quatenus pertinet ad iuramentum, & hoc idem inquit voluisse Bald. in consil. 368. Queritur, si factum sit compromissum. Prædictam tamen rationem reprobat Berous eodem in loco, inquitens eam ratione & respectu iuramenti non procedere, propterea quod idem quoque quo ad alios effectus videatur, vtputa quo ad pignora † & fideiussores, vt habetur in l. item queritur §. qui impleto. ff. locati. & in l. si cum Hermes. C. eod. vbi habetur, quod in locatione tacite prorogata non censentur repetita & obligata pignora aliena, nec fideiussores dati in prima locatione: & ideo dixit *ibidem* August. Berous dicto ipsius Cardinalis adhaerendum esse, & Hostien. de quo supra diximus. & inquit esse commune dictum & communiter approbatum, ac satis æquum, multa alia refert *ibidem* Berous respondendo prædicto c. pen.

C A P. CXCII.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

- 1 Iuramentum vt probet secundam dilationem, à iudice delatum esse oportet, alioquin si à parte iurante sine iudice deferatur, dilatio est ipso iure nulla.

D Vbitauit etiam Roland. à Valle in consil. 65. numero 28. vol. 3. † an ad hoc vt iuramentum pro-

bet impedimentum, vt secunda dilatio concedatur, oporteat à iudice deferri, & si à parte iurante sine iudice concedatur, sit ipso iure nulla, vt videtur voluisse Caccialupus in tract. de debitor. suspic. in vers. 6. principaliter, num. 21. dum ait, animaduertendum esse, quod vbi in iis, quæ supra diximus, sufficeret apparere iuramento, debere tamen iurantem animaduertere, ne ipse ad suum libitum & voluntatem iuret, sed iudice ipso deferente: alioquin huiusmodi iuramentum nullam fidem faceret, nulliusque vis esset. c. vltra tertiam, extra de testib. vbi voluit Ioan. Andr. eum, qui quartam petit dilationem, iurare debere, nec sufficere illud præstitum esse, nisi à iudice exactum fuisse appareat. An autem ob iuramentum dilatio concedi debeat, vel possit, multa deducit Bal. in verbo, dilatio, in repert. suor. consilio. Hanc conclusionem sequitur Paris. in consil. 101. colum. 2. in princ. vol. 3. & in loco supra relato tradit Rolan. à Valle.

C A P. CXCIII.

Argumentum est in Summariis.

S Y M M A R I A.

- 1 Iuramentum in forma specifica adimpleri debet, non per equipollens.
- 2 Iuramentum efficit, vt conuentum videatur expresse, vt beneficium diuisionis non petatur.

Illud, etiam hoc loco omittendum non videtur, iuramentum † in forma specifica, non per æquipollens adimplendum esse, vt dixit Borgninus in suo tract. de tutor. & curat. in princ. num. 6. & inde infert, quod stante iuramento † videatur expresse conuentum, vt non petatur beneficium diuisionis, vt dixit Bal. in l. 1. C. quem ad testam. aperian. vt voluit etiam Francisc. Marc. in decisio. 217. Queritur super causa compulsoriarum, in 2. part. & late de hoc tractat Rol. à Valle in consil. 13. num. 14. volum. 1. & in consil. 31. numero 6. volum. 2. Præterea hanc eandem conclusionem, quod iuramentum in forma specifica adimpleri debeat & vere, & proprie, non per actum fictum & improprium, etiam quod æquipolleat, & idem effectus ipso iure inducatur, tradit Tiraq. in tract. de legib. connubial. in vers. expres. in glos. 5. n. 181. per ea que dixit gl. in clem. 1. in verbo, quinetiam, extra de concess. præben. & Bal. Ang. & Imo. & alii inniores in l. 1. ff. de li. & posth. cum concordantib. quos refert Alex. ibi. & Felin. in c. cum dilecta, col. 17. vers. ampliat. 2. extra de rescript. item quod iuramentum sit implendū in forma specifica, tradit late Feli. per tres columnas, ver. in gl. pen. in vers. ibi, propterea, n. 10. in loco supra adducto. & August. Berous in c. 1. num. 184. extra de iud. per tex. in d. c. ad nostram, il. extra de iureiur. iuncta l. solutum. §. solutam, cum ibi notatis ff. de pign. act. & in l. 2. ff. de cõpensat. & in l. solutiones ff. de solutio. & in l. amplius non peti. ff. rem rat. habe vbi tradit etiam Bar. & in l. si constat ff. de sponsal. Quinimo inquit magis præcise iuramentum adimplendum esse quam cõditionem, etiam quod & ipsa quoq; specificè adimplenda sit, vt habetur in l. Meuius, & in l. qui hered. ff. de cond. & demonstr. iuncto cap. ad nostram, & l. si peculium. §. 1. ff. de statu liber. & idem iterum tradit August. Berous in cap. 1. num. 70. extra de vsur. Item quod iuramentum debeat impleri in forma specifica, voluit etiam Card. Alber. in d. l. qui heredi, num. 4. ff. de cond. & demonstr. & Bart. in l. amplius non peti, colum. fin. ff. rem ratam habe.

habe. qui subdit eum, qui plenius adimplet videri in forma specifica adimplere, vt voluit Ias. in l. 1. §. si stipulatus, in 4. notab. ff. de verb. oblig.

C A P. CXCIII.

ARGUMENTVM.

Iuramentum quando per æquipollens impleri possit.

S V M M A R I A.

- 1 AEquipollenter adimpleri quid potest, cum idem effectus inducitur ipso iure.
- 2 Iuramentum, quando per æquipollens impleatur.
- 3 Solemnitas vt probet, quæ requirantur.
- 4 Conditio per æquipollens, quando impleri possit.
- 5 Formam seruare non dicitur, qui tempus non seruat.
- 6 Iuramenti formam seruare non dicitur, qui ad tempus delationis non iurat.
- 7 A forma recedere dicitur, qui recedit à tempore.

PRædictam tamen conclusionem limitat Tiraq. in l. si vnquam in vers. reuertatur. num. 352. C. de reuocan. donat. dum vult, quod vbicumque per actum æquipollentem idem effectus ipso iure inducitur, ea quæ alias per æquipollens induci non possunt, vtputa † iuramentum, de quo loquitur Ioan. And. Bal. & cæteri in c. ad nostram. extra de iureiur. & Ias. in consil. 41. in duobus, colum. 2. vers. prætereā Dominus Ioannes. volum. 3. † id quod de solemnitate quoque dicendum est, vt habetur in l. singulos, vbi idem dicit Franc. Aret. in 2. notab. ff. de testam. † Ac etiam de forma, vt inquit gl. in clemen. 1. in verbo, quin etiam, in si. extra de concessio. prob. & Bal. in l. si infitorem, in si. ff. si cert. pet. & idem voluerunt Bald. Ang. Imola & recentiores in l. 1. ff. de libe. & posthum. cum similib. quos adducit Alex. ibidem, & Felin. in c. cum dilecta, col. 17. vers. amplia. 11. extra de rescript. & Hipp. Marfil. in consil. 29. solamen. colum. 2. & 3. volum. 1. Prætereā conditio etiam quibusdam in casibus, † vt inquit Bal. in c. si. vers. secundo quero. extra de presumpt. & alia id genus in hoc casu per æquipollens impleri possunt ob id, quod eundem effectum inducant ipso iure, prout late & optime tradit Franc. Aret. in d. consil. 89. longitudo. col. 2. vers. 3. etiam dici potest. & pariter iterum Alciat. in consil. 102. nu. 12. inquit quod ille qui tempus non seruat † formam quoque seruare non dicitur, vt habetur in auth. quæ supplicatio. C. de prec. imper. offer. vbi tradunt etiam Bal. & Salic. † quemadmodum etiam ille, qui in tempore delationis non iurat, formam iuramenti seruare non dicitur. l. 3. §. si neque, vbi tradit Ias. in secundo notab. ff. de iureiuran. & facit etiam text. in l. scire oportet. §. consequens ff. de excusatio. tuto. † Et ideo ille, qui recedit à tempore, à forma etiam contractus recedere dicitur, vt dixit Bal. in l. obseruare. §. fina. ff. de offic. proconsul.

C A P. CXCV.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum à procuratore, quando per verba æquipollentia præstari non possit.

VIDetur etiam, quatenus pertinet ad rem propositam, illud animaduertendum, de quo meminit Card. Alb. in l. qui bonafide. §. si alieno. ff. de da-

mno infecto, dum inquit † quod si procurator iurat in nomine proprio animo calumniæ non petere, factis non esse, si huiusmodi iuramentum per verba æquipollentia suscipiat. & ratio est, quia pro forma requiritur, vt inquit esse tex. in l. qui Roma. §. Flauius, vbi tradit etiam gl. ff. de verb. oblig. & gl. iterum in l. non omnis, in princ. ff. si cert. pet.

C A P. CXCVI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum fidelitatis, quomodo præstetur & eius nonnulla.

QVoniã de hoc supra plura diximus, referendo plures formulas iuramentorum: merito hoc loco nonnulla addenda consensu: nam Bald. in c. vnico, n. 2. in tit. qual. debe. vaf. iurar. domi. fidei. ait quod triplex † est vafalli iuramentum: & ideo inquit, in eo iuramento simplici deesse, & merito splendendum esse illud, quod habetur in tit. de noua forma, in si. ad quem ti, me breuitatis causa refero.

C A P. CXCVII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Iuramentum fidelitatis præstans alteri, quam ei, cui debet, an incidat in commissum, vel feudum amittat.

COnuenit prædictis illa dubitatio de qua tradit Ino. in c. ea te, num. 3. extra de iureiur. dum quaerit, † an præstans iuramentum fidelitatis alteri quam ei, cui debet, incidat in commissum, vel feudum amittat? In qua dicit Ioan. Andr. eum amittere feudum, & in commissum incidere existimare. & ratio est, quia quo ad ipsum alienasse videtur, ergo, & c. l. imperialem, in tit. de prohibita feud. alien. per Federic. in vsib. feudo. Et id eo magis locum habet, vbi sunt pacta iuramento vallata. l. si quis maior. C. de transact. Id tamen tunc procedere dicendum est, cum scienter fecerit: secus vero si errore ductus, vt patet ex eo tex. & ideo Abbas ibidem, num. 3. notat ex illo verbo, illicitum, quod si subditus, vel vafallus iuret obedientiam & fidelitatem ei, cui iurare non debet in præiudicium superioris, seu domini, tale iuramentum illicitum esse. Et rationem esse, quia sine salutis periculo seruari non potest, cum seipsum in præiudicium superioris obligare non possit. c. venientes, extra de iureiuran. & c. cum contingat, in si. eod. tit. & c. 2. de pact. lib. 6. & notat Imola in c. olim. il. 3. extra de rescript. spol.

C A P. CXCVIII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

- 1 Barones si iurent ligium domino Regi & fidelitatem primogenito, de voluntate tamen Regis, an huiusmodi iuramentum ad subditos & vafallos eiusdem Baronis extendatur.

QVæsiuit prætereā Matth. Afflict. in c. vnico, numero 4. in tit. qualiter vafal. iura. debe. fidei. † an si Barones iurent Domino eorum, vtputa Regi & eius primogenito fidelitatem, accedente Regis voluntate,

luntate, an tale iuramentum ad subditos vasallos extendatur ipsius Baronis, ita ut ipsi etiam iurasse censeantur? & inquit ad eos non extendi, sed requiri iuramentum subditorum & vasallorum ipsius Baronis, ad hoc ut obligentur, & ad hoc adducit gl. *fi. in cle. ne Romani. §. ceterum, de iureiuran. in gl. in verbo, existente*, quæ dicit quod licet Imperator iuret fidelitatem ecclesiæ, ob id tamen subditos Imperatoris non fieri de temporali dominio ecclesiæ. Subdit tamen ibidem Afflict. in Regno Siciliæ ipsum Regem esse personaliter Regem personarum, ut habetur in constitutione incipiente, *quia frequenter*. & ideo quando conceduntur literæ assicurationis, ipsos vasallos iurare domino salva fidelitate Regis, ut notat Andr. de Fern. in d. *constitutione Regni, Domini à vasallis, & ibi habetur in si. gl.*

C A P. CXCIX.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum fidelitatis filium non astringit.

Quæsiuit rursus Afflict. in c. *Imperialem. §. præterea si quis. num. 4. tit. de prohib. feud. alien. per Federic.* ¶ an iuramentum fidelitatis astringat filium? & illum nõ adstringere arbitratur ea ratione, quod si adstringeret filium infra annum & diem, fidelitatem promittere & confirmationem petere non oporteret, ut de hoc dixit Bal. in terminis in l. *liberos. C. de patrib. qui fili. distraxer.* unde expresse apparet iuramentum fidelitatis esse personale, & cum ipsa persona desinere, prout dicitur de iuramento, de quo in c. *veritatis, extra de iureiuran. & tradit Bal. in pralud. feudo. & in auth. sacramenta puberum. C. si aduers. vend. & ideo Imperatorem statuisse iuramenta reuocari debere. cap. 1. in princ. in tit. de pace iuram. firman.*

C A P. CC.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Vasalli, an teneantur iurare fidelitatem omnibus filiis in communi & pro indiuiso, si moriatur Baro pluribus relictis filiis, & omnes Baroniam teneant, vel feudum in communi & pro indiuiso.

Præterea quæsiuit Afflictus in his terminis in d. *Imperialem. §. præterea Ducatus, num. 4. in tit. de prohib. feud. alien. per Federic.* ¶ si moriatur Baro pluribus relictis filiis, & omnes Baroniam vel feudum habeant in communi & pro indiuiso, an vasalli teneantur omnibus fidelitatem iurare in communi & pro indiuiso: aut vero omnibus dictis filiis successoribus in feudo, vel si vni tantum iurent, satis sit, prout eorum prædecessori iurabatur. Et ratio est, quia ex persona hæredum qualitas obligationis mutari non debet. l. 2. §. *harum. ff. de verb. oblig.* sed sic est, quod prius vni soli iurabatur, ergo pariter vni tantum hæredum iurari posse dicendum videtur: verum prædictis non obstantibus, contrarium determinare illum tex. subdit ibidem Afflict. concludendo vasallos omnibus dominis feudi fidelitatem iurare debere, vel saltem vni pro omnibus, etsi vasalli prædicti omnes pro dominis non habeant: Nã vasallus pro vno feudo plures dominos habere cõpelli non potest: id autem quo ad seruitium verum

est, propterea quod vni tantum domino seruire tenetur, quem elegerit, vel seruiet illi domino, qui primum vasallo denunciauerit seruitium velle: & id tunc verum esse, cum seruitium in faciendo consistit, vel quod seruire debeat domino antiquiori dicendum est, ut ipse in gl. arbitratur. At si seruitium in dando consistat: tunc quia dare est diuisibile, vnicuique suam partem dare debet: & eadem ratione dicendum esse arbitratur, ut si mortuus sit vasallus pluribus relictis filiis, cum omnes in feudo succedant, omnes quoque domino directo fidelitatem iurare oportere, Afflict. tamen eodem in loco, in 3. *notab. num. 43.* inquit iuramentum fidelitatis diuisibile esse.

C A P. CCI.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum fidelitatis præstitum à vasallo excepto Imperatore eum proprio nomine appellando, an eo defuncto ad successorem extendatur.

Quæsiuit iterum Afflict. in d. l. *Imperialem. §. illud quoque, il. 2. num. 3. in eod. tit. de prohibita feud. alien. per Federic.* ¶ si vasallus iurauerit domino fidelitatem contra omnes homines. Imperatore excepto, cum proprio nomine appellando: ut puta Ferdinando, vel Carolo: an eo Imperatore defuncto huiusmodi iuramentum ad eius successorem extendatur? In hac dubitatione inquit Bald. concludere, quod extendatur, ut ibidem ipse latius profertur. & ratio est, quia iuramentum illud imperiali dignitati præstitum videtur, ut habetur in c. *quoniam Abbas, extra de offic. delegati.*

C A P. CCII.

Argumentum est in Summario.

S V M M A R I V M.

1 Iuramentum fidelitatis præstitum à vasallo contra omnem hominem & seipsum an valeat.

Iterum ibidem quæsiuit Afflict. *num. 16.* Quid dicendum sit, ¶ si vasallus fidelitatem iurauerit contra omnes, ita ut etiam ipse comprehendatur, & sic iuret etiam contra se ipsum, an huiusmodi iuramentum subsista? Et inquit Bal. ibidem velle, ut si iurans iniquam causam defendat, ex iuramento teneatur: si vero iustam, non teneatur, *argumento l. si. C. de non num. pec. & l. venditores. ff. de verb. oblig.*

Quæritur præterea in hac materia, an iuramentum fidelitatis aliter quam in scriptis præstandum sit? Et Afflict. in c. *est & alia, num. 17. in tit. de noua forma fidel. in 3. notabili*, ex eo tex. notat ibi, *vel in antea possidebis*, in scriptis præstandum esse, per ea quæ dixit Luc. de Pen. in l. *1. in si. C. qui milita. non poss.* & firmat idem in c. *vnico, num. 5. in tit. qualis. vasal. iurar. debe. fidel.*

Quæritur, ut inquit Afflict. in d. c. *est & alia, numero 17. in tit. de noua for. fidel. in 13. notab.* notando ex eo text. ibi, *vel in antea possidebis*, an iuramentum super futuris præstandum sit? Et videtur text. ibi dum inquit, *de præteritis & futuris*. Inspiciendum quoque est per quos iuramentum præstandum sit. & Afflict. in c. *inuestitura. §. sed vtrum, num. 2. in tit. per quos fiat inuestitura*, inquit quod ex quo inuestitura & fidelitas sunt quasi correlatiua, & ex quo per procuratorem inue-

inuestitura fieri ac recipi potest, ita tamen per procuratorem iuramentum fidelitatis recipi possit ac præstari. Id tamen inquit verum esse, si procurator speciale mandatum habeat, ad iurandum fidelitatem, vt tenere videtur Bal. in cap. nulla, in tit. per quos fiat inuestit. per ea que dixit Archiad. in cap. tibi domino. §. 3. distinct. & rursus Bald. in l. 1. §. an autem. C. de caduc. tollen. & in cap. 1. §. verum, de statu regula. lib. 6. & facit text. in l. 1. C. etiam per procurat. caus. in integ. restit. agi poss. & l. ius iurandum. §. defensor. ff. de iureiur. & l. quoties. §. si tutor. ff. de noxalib. Vbi habetur, tutorem pro pupillo iuramentum præstare. Comprobate etiam inquit hanc conclusionem illud, quod dicitur statutum loquens de domino, locum quoque habere in procuratore specialiter deputato secundum Bart. in l. sed si vnus ff. de iureiuran. Nam vxor Domini, vox procuratoris habetur, vt est text. in l. ossa. ff. de religio. & sumpt. funer. et si Bald. in l. in summa. ff. de rerum diuision. & in dicto cap. nulla. dixerit prauatum fidelitatem per procuratorem iurare non posse, licet id vniuersitati permittatur, vt habetur in l. fin. in fin. ff. de acquiren. possess. per ea, que dixit Speculat. in de feud. in fin. Qui sane Baldus sibi ipsi contrarius fuit, & ideo contrarium tenuit Ludouic. in l. ius iurandum, quod ex conuentione. ff. de iureiuran. & in l. qui bona. §. qui alieno ff. de damno infecto, per ea que habentur in clement. prima, de iureiuran. & in cap. primo, de statu regula. volum. sexto. & in dicto cap. tibi domino. Confirmatur præterea conclusio nostra ex eo, quod minor vel quilibet alius pro eo fidelitatem facere cogi potest, vt habetur in cap. si decesserit. in titulo si de feud. fuerit controuers. & est id speciale in minore: merito vt in contrarium sit regula, dicendum est, possit quis præstare iuramentum per procuratorem, argumento l. ius singulare. ff. de legibus, cum similibus. Licet dixerit Ludouic. ibi dicto cap. si decesserit, prout etiam subdit ibidem Afflict. contrarium vidisse obseruari ac firmari, prout voluit & firmavit Alexand. in consil. decimo, visi instrumento inuestitura. colum. 3. volum. 5. & in l. qui bona. §. qui alieno nomine, col. fin. ff. de damno infecto. & voluit iterum Afflict. in praludiis feudorum, in 4. quest. & tangit iterum Bal. in cap. 1. circa finem, in tit. quo tempore inuestit. & Ioan. Andr. in nouella, in cap. cum desideres, extra de sentent. excommunication. & iterum tradit Afflict. in cap. omnes filii, num. 40. in tit. si de feu. fuer. controuers. inter dom. & agnat.

Quærit præterea Afflict. in l. imperialem. §. illud quoque, num. 17. in tit. de prohib. feud. alien. per Federic. ex illo tex. an ex quo in illo tex. habetur, quod in iuramento fidelitatis Imperator nominatim excipiendus est: an si fortasse nominatim non excipiatur, tacite exceptus intelligatur? Et inquit decidendo hanc dubitationem, tacite exceptum intelligendum esse. Mouetur autem ex eo, quod illud quod de iure inest, si non excipiatur, exceptum intelligitur: & ideo dicebat ibidem Bald. illum dici tacitum intellectum, qui naturæ actus accommodatur l. non recte. C. de fideiussor. & l. qui mutuam. §. non ideo. ff. manda. sed naturaliter quælibet anima Principi subiecta est, vt inquit Paulus Apostolus, & refert Bart. in authent. sacramenta puberum, colum. 3. C. si aduers. vendit. & ei primum debetur fidelitas, quia ipse antiquior dominus est, qui præfertur omni creaturæ, vt dictum est per text. in dicto cap. Et ideo quamuis in iuramento inferiori facto Impe-

rator exceptus non sit, vt tamen tacite exceptus sit, intelligendum est, cum virtualiter, vt dicunt Doctores in eo iuramento contineatur. Comprobatur hæc conclusio ex eo quod dixit Bald. in l. quod vero. ff. de legibus, vbi habetur, illud quod virtualiter in scriptura continetur, scriptum esse intelligi debere, & si scriptum non sit. Scriptura namque interdum plus denotat quam loquatur, vt inquit Bald. in l. fin. C. de edicto Diui Adrian. tollen. per text. in l. precipimus. C. de impuber. & aliis substitution. & voluit Angel. in l. prima, C. de iis que in testamen. delent. Vbi dixit, illud quod virtualiter in instrumento continetur scriptum esse in eo intelligi debere, argumento l. asseroto. ff. de heredibus institu. & l. si ita scripsero. ff. de condition. & demonstration. Illud tamen hac in re animaduertendum est, quod dixit Ias. in §. item si quis, numero septuagesimo sexto, l. 1. ff. de action. autoritate Bald. in l. nec si volens, per illum textum. C. de liber. caus. dum concludit, quod si Rex Francorum cogat vrbem aliquam se in dominum recognoscere ac fidelitatem iurare, cum re vera sua non sit, talem confessionem & iuramentum illam urbem non adstringere, nec subsistere, sed pro non præstato haberi: id quod ad Pontificem quoque extendit & Imperatorem, & ratio est, quia tunc ad instar tyranni rediguntur, vt ibi larius ipse profequi ur, & rursus idem dixit Ias. in cap. opus, num. 53. in tit. de vfi-bus feudor.

Addit præterea prædictis Barbat. in cap. cum non ab homine, num. 4. extra de iudic. Bald. in cap. 1. in tit. de noua forma fidelitatis. voluisse quod si aliquis vassallus iurauerit defendere dominum contra omnem hominem mundi, teneri & obligatum esse eum defendere contra ciuitates collegatas & similia: ad quod adducit illud, quod habetur in l. item nulla communitas. C. de episcop. & cleric. & in l. mortua. ff. de fideiussor. & ideo dixit Menochius in consil. trigesimo secundo, num. primo, volum. primo, quod illum qui iurauit domino deinde ei fidelem fore & hominem ligium posse, & quod eum contra omnes defenderet, eive opera quouis modo feret, idem alteri quoque secundo domino præstare, vt dixit Ioan. Andr. in cap. recolentes, extra de statu monachorum. & Roman. in consil. quadragesimo septimo, visi necessariis num. 6. versic. ego autem. & idem voluit Decius in cap. cum parati, num. 9. extra de appellation. & Mattheus Afflict. in decis. 307. num. tertio, dum ait, quempiam duorum vassallum esse posse, id quod videtur etiam tenere Ias. in praludiis feudorum, num. centesimo septimo, & clarius Guido Papa in quest. 310. Homagium ligium. & hanc conclusionem probare inquit text. in dicto cap. Imperialem. §. fin. in tit. de prohiben. feud. alien. per Federic. in cap. 1. in tit. de noua forma fidelitatis, quibus constitutum videtur ligium vel confœderatum Principis cum alio iuratum confœderationem inire posse.

Omittendum etiam non est illud, quod inquit Menoch. in consil. 1. nu. 342. dum vult, vt si dominus fidelitatis ius iurandum exigat contra iuris consuetudinem, vel dispositionem per metum extortum censeatur, vt inquit etiam Ias. in l. testamentum, num. 4. C. de testamen. post Bald. in cap. 1. in tit. qualit. vassall. iura. debeat domin. fidelitatis. & cum Bald. id respondit Rubens Alexandrin. in consil. vndecimo, num. octauo, & nono. & Neuiza. in consil. vndecimo, num. 3. cum aliis multis concordantibus.

Horum autem fidelitatis iurandi varias ac diversas esse formulas, dixit August. Berous in *confi. 72. nu. 20. vol. 1.* quarum vna compendiosa dicitur & brevis, cum simpliciter fidelitas iuratur: alia vero prolixiores, vt habetur in *tit. qual. iura. deb. vassall. cum duobus tit. sequent. & habetur in cap. de forma. 22. quest. 5.* satis tamen est, si dicunt Doctores nostri, fidelitas substantialiter iuretur, dicto *cap. 1. in tit. qual. iura. debe. vassall. fidelitat.* vassalli igitur & eorum successores in manibus domini fidelitatem simpliciter iurando satisfecisse dicuntur, non aliter ac si formaliter iurassent: quandoquidem quid ex æquipollentibus fiat, non refert, argumento *l. secunda. ff. deliber. & posthum. & cap. primi. vbi tradunt etiam Isernia, Prepositus, & alii in titulo de noua forma fidelitatis.* satis enim si in manibus domini iuretur.

Quærit præterea hac de re Zabarella in *clement. prima, §. porro, num. 2. 3. & 4. de heret.* an in hoc iure iurando sacra tangere opus sit? Et soluendo dubitationem respondet, vt habetur in gloss. in verbo, *tacta.* in corporali iureiurando præsentiam non sufficere, sed tactum ipsum accedere etiam debere, vt notatur in *cap. vt circa, extra de election. id quod notat etiam Castrensis in l. hac edictali, colum. decima, in tit. de pace iuram. firman. dum inquit in eo §. porro. ratiōnem Euangeliorum interuenire oportere, cum id ibi exprimitur. Et idem inquit in aliis casibus, in quibus hoc exprimitur, *cap. quoties cordus. prima, quest. septima, & cap. ego Berengarius, de consecrat. distinct. 2. & cap. ego N. in fin. extra de iureiuran. & cap. quoties, extra de purga. & cap. laudabilem, extra de frigid. & malefic. & clement. Romani. versic. post qua de iureiuran.**

Rursus quærit, an satis sit Euangelia esse præsentia, licet non attingantur? Et respondendo inquit, eandem gloss. ibidem in versic. *quidam refert,* nonnullos sufficere voluisse, prout etiam in simili visu possessio acquiritur, *cap. fin. de iuramen. calum. & cap. non flagitetur, vndecima questio. prima. & authen. sed iudex. C. de episcop. & cleric. subdit tamen Zabarella contrarium velle gloss. asserens visu possessionem acquiri, si tradens possideat, id tamen si possessio vacua sit, intelligendum est, & rursus Castrensis dixit, secus esse in hoc casu, in quod Euangelia ipsa tangere oportet. Verum iterum subdit Zabarella formaliter, vt vtat eius verbis, in possessione ideo visum sufficere, quia satisfit ipsi legi dicenti, possessionem animo & corpore acquiri, *cap. ex literis, extra de consuet. & in cap. cum nostris, extra de successio. praben. & vtrouque de hoc.* At secus de iuramento dicendum esse, de quo *ibi,* cum in eo dicatur specialiter & expresse tactum ipsum requiri, vt habetur in verbo, *tacta.**

Iterum quærit, an in illis casibus in quibus tactum requiri exprimitur, quid de iureiurando testis, vel calumniæ dicendum sit? Et subdit eandem gloss. ibi decidere. Vnde inquit in huiusmodi iuramentis, quæ à iudice vel parte necessario deferuntur tactis Euangelis iurandum esse, substineri tamen etiam quod ea non tangantur. Illam etiam gloss. notat in eo quod loquitur de teste & dicit de eo esse text. in *cap. hortamur. 3. quest. 9. & in cap. tuis, extra de testibus, & cum ea gloss. sentit etiam Paulus, qui ex hoc colligit iuramento, quæ à iure vel iudice vel parte necessario non requiruntur, & in qui-*

bus leges non exprimunt, Euangelia tangenda esse, sed tantummodo de corporali iuramento loquuntur, Euangeliorum tactum necessarium non esse. *cap. ad abolendam. §. statuimus, extra de heret. & cap. vbi periculum.*

Si etiam quærat, per quem iurandum sit? Imola in *cap. & si Christus, num. 10. extra de iureiuran.* respondet per Deum iurandum esse, sed de hoc latius supra dictum est, ad ea merefero. An autem aliter iurari possit, & Euangelia tangi, latius tangit in gloss. ibi.

Omittendum ad huius materiæ declarationem non est, vt inquit Marthæus Afflict. in *cap. inter Dominum, num. 39. in tit. si de inuest. inter domin. & agnat. lis oriatur,* illud, quod dixit Baldus in *rubr. res inter alios acta,* quod si pars dicat vere alicui debere, hanc confessionem eandem vim habere, ac si iureiurando confirmata ac vallata esset. Ratio autem est, quia dictio, *vere,* vel *in veritate,* nihil aliud est, quam iurare, & id diligenter memoriæ mandandum est.

Retulimus hucusque species illas, in quibus iusurandum aliquid addit, & eas validiores reddit: superest modo, vt ad ea transeamus, quib. nihil addito, easve validiores non reddit, sed in suis meritis relinquit, ac si nullum iusurandum accessisset.

C A P. CCIII.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum sequitur naturam actus cui adiicitur. Axioma per varios casus examinatum.

S V M M A R I A.

- 1 Iurata promissio de non contraueniendo, non tollit conditionem in debiti.
- 2 Iuramentum in contractu appositum, recipit omnes condiciones, exceptiones & limitationes, quas recipit contractus, super quo apponitur.
- 3 Iuramentum continet plures tacitas condiciones.
- 4 Iuramentum positum super aliqua dispositione, eius naturam assumit & id quomodo declaretur & limitetur.
- 5 Iuramentum appositum super donatione, continet tacitam conditionem, nisi reuocetur.
- 6 Conductor ipso iure à solutione canonis liberatur propter ius in ipsum conductorem superueniens.
- 7 Doctor quodam certo salario, si annum legere iurauerit, intelligitur, si ei illud salarium soluatur.
- 8 Iurans soluere quandam monetam, qua deinde mandato superioris propter eius utilitatem fuerit in aliam formam conflatam, tenetur soluere illius estimationem.
- 9 Sponsus, qui iurauit aliquam puellam in vxorem ducere eam ducere non tenetur, non obstante iuramento, si illa fornicationem seu adulterium commiserit.
- 10 Sponsa seu vxor committens fornicationem vel adulterium facto & culpa viri, seu sponsi, vixit a medio eius lenocinio, non possunt sponsus vel maritus suo iuramento contrauenire, & eam ducere cogi debet.
- 11 Iuramentum est appositum in materia iuris, & sit conforme dispositioni iuris communis.
- 12 Iuramentum simpliciter positum in materia seu dispositione

positione sui natura alternatiua, alternatiue intelligi debet.

- 13 Clericus absens ex causa legitima & pro utilitate ecclesie vel dignitatis vel particularis beneficii fingitur residens ad hoc vt absens fructus beneficii percipere possit.
- 14 Iuramentum non solum verificatur in actu vero, sed etiam ficto.
- 15 Iuramentum appositum super donatione facta à patre filio, non recipit illam conditionem, si filius patri superuiuat.
- 16 Iuramentum accipit naturam actus, super quo apponitur, quo ad naturam primordiale, non aliam.
- 17 Iuramentum quod recipiat naturam dispositionis super qua apponitur, intelligitur in conditionibus, quæ insunt contractui de voluntate & consensu partium.
- 18 Iuramentum non recipit naturam dispositionis, super qua apponitur, quando quis deciperetur auctoritate legis.
- 19 Iuramentum non recipit naturam dispositionis, super qua apponitur, quando esset elusorium, & nihil operaretur.
- 20 Iuramentum non recipit naturam dispositionis, super qua apponitur, si consensus non deficiat.
- 21 Iuramentum recipit naturam actus & dispositionis, super quo apponitur, si sit generale: secus si sit speciale.
- 22 Iuramentum non recipit naturam & condiciones actus, super quo apponitur, quando condiciones tendunt ad validandum actum.
- 23 Iuramentum accipit naturam actus, super quo apponitur, vt iurans ad plus non obligetur.
- 24 Iuramentum recipit naturam actus, super quo apponitur, quando sumus in dubio: secus si contrarium de iure expresse caueatur.
- 25 Iuramentum recipit naturam actus, super quo apponitur de iure ciuili: secus vero de iure canonico.

Primo igitur loco iuramentum iuri communi nihil addit in non contrahendi promissione: ea namque etiam quod accesserit, iuramentum conditionem indebiti non tollit, inquit enim Ruinus in consil. 134. num. 7. & 8. vol. 1. Quemadmodum simplex promissio non contrahendi, &c. indebiti conditionem non tollit, nec ad eam refertur, vt est notabilis tex. in l. fin. §. idem quaesit. ff. de condit. indebit. Vbi notant omnes Doct. & magis in specie voluit Castrenf. asserens ita consuluisse, cum quidam fratres inter se bona paterna ac materna diuisissent, & contra eam diuisionem non venire promississent, nec se inuicem molestare dictorum bonorum causa: nam cum deinde bona fratris præmortui ad eorum alterum tantum pertinere appareret, & ille repetere vellet, licet ei de pacto ipso non contrahendi & non molestandi opponeretur: respondisse tamen inquit Castrenf. tale pactum non obstare per illum textum. Hanc præterea conclusionem tenuerunt Bart. Angel. & Castrenf. & est communis opinio, vt etiam si renunciatur sine causa conditioni indebiti, talem renunciationem nihil operari, argumento l. doli. versic. diuersum, extra de nouat. & ideo ad iusturandum redeundo, quemadmodum ipsa simplex promissio ob consensus defectum indebiti conditionem non excludit, pariter etiam accedente iu-

ramento non excludat. l. fin. C. de non num. pec. Nam vt ibi probatur, vt inquit Bart. in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss. iuramentum non auget consensum, vt habetur in d. l. fin. Et idem quoque expresse voluit Bart. cum quo & alii transeunt in l. 4. §. quaesitum, in fin. ff. si quis caut. dum vult ad eos casus ad quos simplex renuntiatio generalis, de quibus ibi habetur, non porrigitur, pariter etiam si iuramento confirmetur non trahi, nec extendi, vt habetur in d. l. fin. & est etiam tex. in l. fin. in princ. ff. ad municip. & in l. fin. ff. qui satisfacere cogant. & idem tenent Doct. in l. 1. C. commodat. & in cap. 1. eodem tit. vbi inquit Ioan. And. generalem renuntiationem iuramento non confirmari, si absque eo non valeat, & id ea ratione est, quod consensus deficiat, vt habetur in dicta l. fin. & in cap. quemadmodum, extra de iureiur. non obstante quod Imola in d. cap. cum contingat, in 3. membro, velle videatur tex. illum cum iis, quæ ibi notantur, in d. l. fin. §. idem quaesit, in simplici promissione non contrahendi, locum non habere, cum super tali renuntiatione appositum est iuramentum, quia tunc secundum non obligat, & si per errorem præstitum sit, vt notat gloss. quam sequuntur Doct. in d. l. 2. C. de rescind. vendit. & cap. penult. extra de empr. & vendit. nam id Ruin. verum non esse arbitratur.

Secundo comprobatur hæc conclusio alia etiam communi conclusione, qua dicimus iuramentum in contractu appositum omnes condiciones, exceptiones, subauditiones & limitationes, quas recipit contractus, super quo interponitur, recipere & continere. l. fin. C. de non numer. pecun. vbi communiter tradunt Doctores. & late Tiraquell. in tract. de iur. constit. possess. part. tertia, limita. 7. num. trigesimo quinto, & repetit. l. si vnquam, in præfatio. num. 165. & habetur in decis. Pedemont. 41. num. 5. vbi habetur, vt quemadmodum in d. l. si vnquam, iuramentum nihil operatur, quin exceptio non numerata pecuniæ opponi possit, & locum habeat dispositio. l. si vnquam. C. de reuocan. donatio. merito omnes qualitates contractus recipere videatur. Hoc idem iterum habetur in decis. Pedemont. quadragesimanona, num. 4. & iterum in decis. Pedemont. 92. num. 5. & num. 8. & 9. Hoc idem de matrimonio inquit Francisc. Marci in quaest. 748. num. 3. volum. secundo, dum vult, vt iuramentum super contractu matrimonii appositum per prædicta secundum eius naturam intelligatur: & ideo inquit iuramentum matrimonii substantiam non alterare, aut mutare. cap. ex literis, il secundo, & cap. sicut, de sponsalibus. Præterea quod iuramentum plures tacitas condiciones, prout principalis, contineat, tradit iterum Franciscus Marci in quaest. 503. numero 6. volum. secundo, & quod recipiat naturam contractus, voluit Abbas in cap. 1. numero vigesimoprimum, extra de iudic. & Riminald. iunior in consil. 372. num. 16. volum. 2. dum inquit regulari secundum mentem contrahentium & Anton. Gabriel lib. 2. de iureiuran. conclusio 10. num. 1. dixit, iuramentum interpositum super aliqua dispositione, eius naturam assumere, per text. in dicta l. fin. C. de non numer. pecun. & in l. sed & si possessor. §. item si iurauero, vbi notat las. in 9. notab. ff. de iureiuran. & in cap. quemadmodum, vbi tradit etiam Abb. in 7. notab. col. 1. versic. nota. & in versic. non obstantib. extra de iureiur. & Innoc. in c. per tuas, vers. & idem dicitur, extra de arb. & Abb. iterum in c. ex parte, il 2. col. 1. in si. vers. in gl. fin. extra de cler. non resid. & Qldra. in cons. 95. col. si. ver. præ-

rea, cum vt supra in consil. 231. col. 1. versic. & iuramentum & Speculat. in tit. de arbitr. §. 1. versic. sed pone, quod promittens. & Bald. in cap. qua in ecclesiarum, versic. dicit tu, num. 25. extra de constitut. & Bart. in d. l. fin. C. de non num. pecun. in sumario, & ibi Bal. in primo notab. & Angel. in sumario, & Castrens. pariter in sumario, & ibidem Salycet. in primo notabili. & ibidem Cynus & Iacob. de Butr. in sumario, & Abbas in disputatione sua incipiente, stante statuto, col. 7. versic. tertium membrum. & Imola in cap. si cautio, col. 1. in fin. versic. vbi autem, extra de fide instrum. & Angel. in consil. 315. in princ. versic. de primo dicendum est, & Anton. a Butrio in cap. 1. col. 12. versic. ad dubium, & ibi Abbas col. 9. versic. 2. qua extra de iudic. & iterum Butrius in cap. Quintauallis, col. 1. antepenult. versic. & quia tantæ conditiones, extra de iureiuran. & in cap. quemadmodum, in tertio notab. extra de iureiuran. & Barbat. in consil. 49. col. 7. versic. secundo facit in simili, volum. 4. & in consil. 43. col. penult. versic. facit ad prædicta, volum. 1. & Corne. in consil. 102. col. 1. versic. quia responderetur, volum. 1. & in consil. 11. col. 7. in fin. versic. & ideo iuramentum, volum. 3. & Ancharan. in consilio 330. col. 5. versic. ex istis concluditur. & Abbas in cap. fin. in vlt. notabili. extra de eccles. adifican. & Curtius senior in consil. 3. col. 1. versic. accedat etiam, & Roman. in consil. 269. in princ. versic. nec quidem presentis. & Oldrad. in consil. 278. col. 1. in fin. versic. Nec in hoc videtur. & in consil. 238. in versic. Vnde cum iuramentum. & Decius in consil. 240. versic. sed iuramentum. & Bertran. in consil. 95. col. penult. versic. & sic videtur. vol. 2. in noua impressione. & Corne. in consil. 126. col. 2. versic. secundo modo, & Decius in consil. 305. col. 2. versic. in contrarium in terminis est. & in consil. 408. versic. vltimo non obstat. & Bart. in l. sed & si quis, §. questum. versic. quæro, quid si posito. ff. si quis cautio. & Angel. in versic. vltimo scias. & Decius in consil. 180. in fin. versic. vltimo non obstat. & Alexand. in consil. 28. col. fin. versic. non obstat. quod iuramentum. volum. 1. & in consil. 31. col. fin. versic. non obstat, quod interuenerit iuramentum, volum. 2. Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Menoch. in consil. 27. num. 49. volum. 1. & late tradit Curtius iunior in l. si quis maior, num. 30. C. de transact. & Gomes in §. item si quis postulante, num. 7. Institut. de action. & Didacus Couarruias in cap. quamuis, part. 1. §. 4. num. 1. & 2. de pact. in sexto, & las. in dicta l. sed & si quis, §. questum, num. 42. ff. si quis cautio. & idem dixit Natta in consil. 381. num. sexto, volum. 2. & Aymon Crauet. in consil. 102. num. 7. dum inquit, conclusionem supra firmatam tunc procedere & locum habere, nisi conditio insit ad conualidandum seu confirmandum actum nullum & inualidum. Huiusmodi enim conditionem prædictam iuramentum recipere non potest, cum statim confirmet & actum validum reddat. Et ideo frustra ad eius confirmationem alia conditio expectatur. l. aliquando. ff. ad Velleian. Id autem verum esse, vt ipse inquit inde probatur, quod contractus & alienatio minoris sine iuris solemnitate ab initio licet non valeat, lapsu tamen temporis, si minor maior factus per quinquennium in alienatione onerosa, aut per decennium in alienatione ex tit. lucratiuo confirmatur. l. fin. C. si maior fact. alien fact. sine decret. ratam habuer. quo fit vt alienatio minoris ab initio nulla, eam conditionem ad suam conualidationem habeat, si post maiorem ætatem alienas nihil dicat. Et licet stante Decii ratione illud consequi videatur,

vt si minor accedente iureiurando alienet, talis alienatio illam conditionem contineat, si factus maior tacendo ratificet, contra text. in d. aurbent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. attamen in casu nostro intelligit Crauet. ibidem talem conditionem non inelle, & ideo illam alienationem iuramento confirmari. Ea autem ratio afferri videtur, quod non presumatur minorem, vel eum qui cum eo contrahit, de huiusmodi conditione cogitasse, sed eam potius remittere voluisse, cum eorum intentionis actum validum reddere esse videatur.

Præterea vltra prædicta, quod iuramentum simpliciter prolatum naturam contractus, super quo apponitur, retinere intelligatur, voluit Ant. de Burgos in c. si venditor, nu. 12. extra de emp. & vend. & Corne. in l. eum qui. §. si iurauero, nu. 2. ff. de iureiuran. qui id inquit notandum esse, pro iis qui petunt executionem vi instrumenti guarantigiati: quandoquidem ea instrumenta paratam licet habeant executionem, ob id tamen non consequi arbitrat, quin ipsi agentes & contrahentes ea adimplere debeant, ad quæ ipsi tenentur, stante veritate ipsius instrumenti. Confirmatur etiam conclusio nostra iis, quæ notauit Bald. in l. si ex prædictis. C. de euiction. & in l. 1. de vsufr. dum inquit, quod si quispiam alicui vsufructum constituat, eumque non molestare promittat, potest tamen cautionem ipsius vsufructus causa petere, nec dicitur ob id promissionem suam impugnare. l. cum in plures. §. locator horrei. ff. locati. & clarius confirmat per tex. in d. §. si iurauero.

Hanc præterea eandem conclusionem sequitur Ioan. Lopez in cap. per vestras. §. duodecimo, num. 32. versic. quod tamen dictum, extra de donatione inter virum & uxorem. & ideo dixit Bald. in consil. 213. num. 2. vol. 1. iuramentum, quod contractui accedit, bonæ fidei esse, & illud quod accedit contractui stricti iuris & rationem esse, quia principale influit in accessorium suam qualitatem, quam ab initio habuit, vt notatur in l. certi conditio, in princ. ff. si certum petatur. Item hanc conclusionem secutus est Salycet. in dicta l. fin. num. 1. C. de non numer. pecun. & quod iuramentum intelligatur secundum naturam actus, super quo apponitur, voluit etiam Alciat in l. qui te, num. 22. ff. si certum petatur. & iterum Alciatus in l. decem stipulatus, num. 6. ff. de verborum obligationib. inquit iuramentum efficere non potest, vt is qui obligatus est sub conditione, ante eius euentum teneatur. Et rursus idem voluit Alciat. in l. qui Roma. §. duo fratres, num. 16. ff. de verborum obligationib. dum inquit iuramentum diuisioni accedens, non efficere vt fideicommissio renunciatum presumatur, propterea quod vltra verborum vim iuramentum non operatur, nec dispositionem ampliat, cui accedit. Hanc eandem conclusionem tenuit Cephal. in consil. 210. num. 86. volum. 2. dum inquit, iuramentum ceteri eiusdem iuris, cuius est contractus, dicta l. fin. C. de non numer. pecunia. & l. fin. ff. qui satisfacere cogantur. Vnde etiam infert, quod si contractus est iniustus, iuramentum quoque iniustum esse, & ex consequenti non ligare. cap. & si Christus, extra de iureiuran. & tradit Federic. de Senis consilio 199. alias 104. queritur. & Butrius in consilio quadragesimo quinto, iuris rigor. & Cumanus in consilio 80. videtur prima fronte. & Abbas in dicto cap. cum contingat, versic. nonus casus. & in consilio 107. & ibi latius per Cephal. Et quod iuramentum censeatur

tur esse eiusdem naturæ, cuius est contractus; cui accedit, firmat iterum Cephal. in *consil.* 34. num. 7. volum. primo, & iterum in *consil.* 142. num. 43. in eodem volum. 1. & in *consil.* 137. num. 69. eodem volum. primo, & idem voluit Ruinus in *consil.* 14. num. 18. volum. 2. vbi eadem ratione vult, vt si accedat promissioni de non excipiendo de nullitate, non includat nullitatem surgentem ex defectu potestatis, ex quo promissio de non excipiendo de nullitate generaliter non includit nullitatem ex defectu potestatis, & ideo super dicta promissione interpositum regulatur secundum dictam promissionem eiusve naturam: & ideo recipit omnes limitationes, quas ipsa promissio, quando simplex esset reciperet. Eandem conclusionem sequitur Ias. in *l. nemo potest.* num. 44. ff. de legat. 1. & Barbat. in *cap. constitutus.* num. 58. extra de rescript. vbi inquit annullato statuto, pariter annullari iuramentum ipsi statuto accedens & hanc conclusionem, quod iuramentum recipiat naturam contractus, firmat etiam Augustinus Berous in *consil.* 4. num. 54. vol. 1. & iterum Berous in *consil.* 204. num. 22. vol. 3. & ideo Paris. in *consil.* 89. num. 51. vol. 1. hanc conclusionem sequutus inquit iuramentum in compromisso appositum tacitam habere conditionem, si arbiter æque & iure fuerit arbitratus, vt voluit etiam Socin. senior in *consil.* 85. versic. *his tamen non obstantibus.* volum. primo, & rursus idem voluit Berous in *consil.* 58. num. 5. volum. quinto, inquit iuramentum continere tacitam conditionem illam, nisi iusta causa & legitima contraueniendi superuenerit, vt voluerunt Bart. Paul. Castrenf. & alii in *litem quæro.* §. *inter locatorem.* ff. locati. & est tex. in *d. l. fin.* ff. qui satisfacere cogant. & in *l. fin.* C. de non numer. pecun. & in *l. si ex falsis.* C. de transact. & notat glos. in *l. fin.* vbi Alexand. C. de transact. & iterum idem voluit Augustinus Berous in *consil.* 108. num. 21. volum. primo, iurandum generale de non contraueniendi, omnes qualitates recipere ac etiam conditiones, & exceptiones, quæ fuerunt in instrumento appositæ, dicta *l. fin.* C. de non numer. pecun. & idem voluit Bart. in *vbi lex.* & in *l. si quis pro eo.* ff. de fideiussor. & in materia diuisionis, in *consil.* incipiente, *Nomine vannes.* quod consilium refert Alexand. in *dicto* §. *duo fratres.* col. 18. versic. *habeo etiam in hoc articulo.* & Decius in *l. si quis heredem.* num. 6. C. de institut. & substitut. vbi dicit iuramentum recipere omnes conditiones, quæ de iure intelliguntur. Item hanc conclusionem tenet Bellamera in *cap. quemadmodum.* num. vndecimo, extra de iureiuran. & Decius in *consil.* 305. num. 6. part. 2. pariter inquit iuramentum tacitas recipere conditiones, quas & ipse contractus recipit, super quo interponitur. *d. cap. peruenit.* & *cap. quemadmodum.* extra de iureiur. & ideo inquit, eum qui iurat seruare, periurium non incurrere, si fortasse ex iusta causa non obseruauerit, quæ ex natura contractus accidant. † Vnde etiam concludit donantem in periurium non incidere, si donationem reuocet ex eo, quod ipsum poeniteat, quæ quidem de natura est donationis causa mortis, & rursus idem Decius in *consil.* 536. nu. 7. part. 4. inquit iuramentum interpretationem secundum naturam actus, super quo apponitur, recipere: & ideo dixit Decius in *consil.* 240. quod donatio facta à marito vxori, tacitam illam habere conditionem, si vxor superuixerit: & ideo si vxor donataria præmoriatur, marito superstiti, talem donationem resolui,

vt est tex. in *l. à marito.* ff. de donat. inter virum & vxorem. & notat Bald. in *consil.* 29. casus, *vir donauit vxori.* colum. fin. in versic. *teneo igitur.* volum. 3. Quæ quidem tacita conditio à iuramento non excluditur, ex qua continet illam tacitam conditionem, quam habet actus super quo, apponitur dicta *l. fin.* C. de non numer. pecun. Item hanc eandem conclusionem firmat Paris. in *consil.* 12. num. 76. volum. 2. & in 14. num. 17. volum. 1. Hanc eandem conclusionem tenuit Afflictus in *decision.* 111 circa primum. & Hieronymus Gratus in *consil.* 25. num. 46. volum. 1. & in *consil.* 121. num. 25. vol. 2. & in *consil.* 139. eod. vol. 2. & iterum Alciat. in *consil.* 73. nu. 1. & 2. & iterum Alciat. in *consil.* 107. nu. 17. dum inquit, quod quando dispositio prohibitoria circumscripto iuramento trahitur ad bona extra territorium existentia, posito vt iuramentum accedat debere imitari naturam actus cui accedit. *d. l. fin.* C. de non numer. pecun. & *l. 3.* C. plus valere quod agit: nec efficere potest, vt de illis bonis actum esse videatur, de quibus eo non accedente nulla erat dubitatio, quin actum diceretur, & Corne. iterum in *consil.* 246. num. 10. volum. 3. & in *consil.* 135. num. 21. volum. primo, & Socin. iunior in *consil.* 47. num. 21. vol. 3. & ideo infert ibidem, quod si filius promiserit soluere, quicquid patrem suum debere constiterit causa obligationis seu fideiussionis ab eo factæ: si viuente patre non constiterit, quod obligationis seu fideiussionis ab eo præstitæ, & acciderit vt in vita patris non constiterit, quid & quantum deberet, in eo casu filium post mortem patris nullo modo ad quicquam teneri, etiam si deinde de patris debito constet, vt est tex. in *dicta l. qui Roma.* §. *Augerius.* ff. de verborum obligationib. vbi disponitur, quod si filius per stipulationem promiserit soluere quicquid patrem suum Mæuio dare constiterit, & pater antequam constet decedat, quid quantumq; deberet filium deinde non teneri, & si post mortem patris de ipso debito constet, vt intelligunt illum text. ibi communiter Bart. & alii, vt ibidem inquit Ias. & licet de ratione illius decisionis sit inter Doctores nostros non leuis altercatio, vt attingit Ias. ibidem in *decisione* tamen omnes conueniunt, ideo filium non teneri, quia viuente patre de debito non constiterit: vnde conditio extitisse non dicitur, vt concepta fuit: & ideo huic promissioni, si addatur iuramentum, vt inquit Socin. *eo in loco.* illa conditio non alteratur: Vnde si viuente patre de debito non constet, pariter filius non teneatur, ac si iuramentum adiectum non esset, & licet Paris. in *consil.* 86. num. 46. volum. 3. contrariam opinionem firmare videatur in donatione inter virum & vxorem, & dicat Bartol. Bald. & plerisque alios tam legendò quam consulendo contrarium tenuisse, vt refert Decius in *consil.* 202. colum. prima, & secunda, & eam tenuerunt Francisc. Curt. in *consil.* 66. sapienter, col. 2. & seq. & ibi late eam prosequatur, & sic licet quamplures velint, vt donatio inter virum & vxorem, & sic videatur magis communis opinio, vt inquit Decius in *dicto consil.* 202. col. secunda, & tertia, subdit tamen quatenus pertinet ad rem nostram Paris. ibidem, quod posito vt hæc conclusio sit magis communis & iuramentum confirmet donationem inter virum & vxorem, illam tamē tacitam conditionem, quæ est si ipsa vxor marito donataria præmoriatur non tollere. Quandoquidem in eo casu non obstante iuramento talis donatio præmorta non

re non subsistit, & inefficax est, cum iuramentum illam tacitam conditionem contineat, quam habet ipsa donatio, super qua interpositum est: quandoquidem ultra vim principalis promissionis extendi non debet. Satis enim in hoc casu operatur iuramentum, cum donationem alioquin nullam & inualidam confirmet. Habet namque iuramentum illam tacitam conditionem, quam habet & ipsa donatio, nisi videlicet vxor donataria marito donanti præmoriatur, vt inquit Baldus *in consil. 244. donatio causa mortis, colum. 1. versic. Domin. Federicus. & versic. precedenti, volum. 3.* & ita respondet, consil. Federici de Senis, quem sequitur Alexand. *in consil. 7. num. 3. & 12. vol. 6.* dum dicunt, iuramento talem donationem omnino confirmari: & iterum hanc conclusionem tenuit Decius *in consil. 305. num. 6. & in consil. 351. num. 7. & Socin. in l. 1. num. 83. ff. soluto matrimonio.* & iterum Paris. idem voluit quo ad tacitas conditiones recipiendas, *in consil. 110. num. 34. vol. 1.* & quod iuramentum non augeat, nec ampliat principalem obligationem, sed approbat tantum, vt dixit Oldrad. *in consil. 238. cum mulier, & Alexand. in consil. 2. visis, colum. penult. volum. secundo, & Decius in consil. 180. in fin. eandem conclusionem firmavit Socinus iunior. in consil. 145. num. 6. volum. 1. & Socinus senior in l. ait Prator. §. item si iurauero, num. 4. ff. de iureiuran. & iterum Decius in consil. 600. num. 12. part. 4. & in consil. 493. num. 27. parte quarta, & in consil. 345. num. 2. part. 3. & in consil. 366. num. 3. part. 3. & Curtius iunior in consil. 141. num. 13. volum. secundo, vbi infert ad quendam, qui donauit ob id, quod volebat accipere sacros ordines, & ex consequenti sub spe accipiendorum ac retinendorum beneficiorum ecclesiasticorum: vnde cum deinceps sacerdos non euaserit, nec sacros ordines acceperit, donatio circumscripto iuramento est ipso iure nulla, vt ipse ibidem latius prosequitur, & Curtius senior *in consil. 3. num. secundo, inquit Anton. de Butrio in cap. Quinta uallis, col. 35. extra de iureiuran. voluisse omnes illas conditiones ac limitationes interpretationes & exceptiones iuramentum recipere, quas recipit principale illud super quo iuratum est, vt ibidem latius per eum.* Et ideo infert donationem factam ab eo, qui carebat liberis interpretari, vt ita demum effectum sortiatur, si deinde liberos non suscipiat. *l. si vnquam. C. de reuocan. donat. & cap. quicumque. 17. questione 4. de hoc autem latius in specie loco suo dicemus.* Iuramentum igitur super ea interpositum ita interpretatur, vt supra conclusum est, & dixit Ripa *in l. si insulam, num. 19. ff. de verborum obligat. & Augustinus Berous in consil. 50. numero 16. volum. 1.* inferens ad renunciationem & quietationem, quam filia fecit patri de bonis maternis & paternis, vt scilicet recipiat conditionem, si ipsa non sit enormissime læsa, *vt ibi latius per eum. & iterum Berous in consil. 126. numero 1. & 2. eodem vol. 1.* quod accipiat omnes tacitas conditiones & ampliationes, iuxta naturam rei, in qua interponitur, & tradit Ias. *in l. 2. colum. 17. C. de iure emphyteut.* Præterea eandem conclusionem sequitur iterum Augustinus Berous *in consil. 148. num. 6. & 7. eodem volum. 1. & ibidem, num. 8.* infert ad locationem † inquiring, quod cum de natura locationis & secundum ius commune sit, vt conductor ipso iure à solutione canonis propter ius in ipsum conductorem superueniens liberetur. *l. si quis fundum, in fin. ff. locati. & l. quoties. §. pen. ff. de usufr.**

merito conductori propter ius in ipsum postea superueniens solutionem canonis denegare, & sic iuramento suo contrauenire: subdit tamen ibidem Berous, prædicta tunc locum habere, cum causa seu ius superueniens, procedit ex defectu proueniente ex facto seu saltem culpa iuramentum recipientis, seu aliunde quam ex facto ipsius iurantis, vt patet ex ipsis exemplis, quæ ibidem refert Berous, & colligitur etiam ex iis, quæ notat gl. *in d. e. quemadmodum, vbi est tex. satis clarus & apertus, ac etiam ex iis, quæ posuerunt Abb. & Host. & alii in c. peruenit, il 2. extra de iureiuran. & facit tex. in l. cum quis, in princ. ff. de solut. quem text. refert Bald. in d. l. fin. C. de non numer. pec. † Si enim aliquis Doctor annum quodam determinato ac certo salario legere iurauerit, hoc iuramentum illam recipit conditionem, si ei idem salarium soluatur: plane si ei non soluatur, quia proprio iuramento contrauenire possit, dubium non est, vel causa deinde ex facto & defectu iurantis superueniat: nam iurans ob huiusmodi causam contrauenire non potest. Plane si aliter diceretur, in potestate ipsius iurantis esset propria autoritate proprio iuramento contrauenire, cum pollet proprio facto procurare, vt noua causa superueniret. Et ideo dixit Bal. *in d. l. fin. † quod si quis certam ac determinatam monetam soluere iurauerit, quæ deinde iussu Principis superioris sit aliter cusa & immutata, iuramentum eius extimationem soluere debere, alioquin esset periurus.* Nec ex eo quod in aliam formam fuerit conflata, iuramento contrauenire posse solutionemve denegare: comprobari autem inquit hoc ex eo quod clare infertur ex text. *in d. cap. quemadmodum, extra de iureiuran. vbi sponsus, † qui iurauit quampiam in vxorem ducere, eam ducere non teneri, si fortasse fornicationem aut adulterium commiserit.* Ratio autem est, quia etiam si eam in vxorem duxisset, dimittere posset. Vnde infertur quod si sponsa † fornicationem facta & culpa viri vel sponsi, vtputa eius lenocinio, non possit ipse eius iuramento contrauenire, eamque omnino ducere cogetur: nam in eo casu iam ductam nec dimittere, nec de adulterio accusare potest. *l. viro. & l. cum mulier. ff. sol. matrim. & notatur in l. ira nobis. C. de adult. & trad. t. Host. in sua summa, in tit. de adult. §. qualiter.* Facit præterea in simili illud quod voluit gloss. *in l. fin. ff. de his, quæ in fraud. credit. dum vult, non gaudere beneficio cessionis bonorum, sed in solidum vsque ad sacculum & peram conueniri posse, vbi dolo & fraude propria nõ soluendo effectus sit.* Rursus eandem conclusionem firmavit August. Berous *in consil. 155. num. 11. eod. vol. 1.* inquiring iuramentum iuxta naturam pacti intelligendum esse, obligationisve personalis, & ideo inferendo ad pactum effrancandi, inquit si pactum initum sit, vt quancumque & omni & quocumque tempore & nulla præscriptione obstante, quis refrancare & emere possit, vi huius pacti etiã iurati quæpiam vendere cogendum nõ esse ultra triginta annos, vt voluit Angel. *in consil. 53.* Guiliel. & refert & sequitur Felin. *in rub. extra de præscript. col. penult. rursus quod iuramentum habeat illam conditionem, quam habet actus super quo apponitur, tradit Cardinal. Albenf. in l. si actor, num. 1. ff. de iureiur. & in l. §. si impubere, num. 6. ff. de collat. bonor. & in l. si quis pro eo, num. 2. ff. de fideiussor. & in l. si societatem. §. arbitrorum, num. 5. ff. pro socio. & in d. l. fin. num. 1. C. de non numer. pec. &**

- pec. & Bal. in l. si. inquit inesse tacitam conditionem, vel causam finalem, quæ conventioni inest. Præterea hanc conclusionem sequitur Paul. Castrenf. in l. cum quis, §. si libertus. nu. 1. & 2. ff. de iureiur. vbi numero 3, inquit, si iurauero te mihi teneri, & obligatum esse ad vsum fructum præstandum, posse obici exceptionem cautionis non præstitæ & executionem impedire, donec præstetur. Iridem hanc conclusionem sequitur iterum Berous in c. 1. nu. 79. extra de vsur. inquit, quando iuramentum in materia iuris, videlicet, † quia iuramentum conueniat cum dispositione iuris communis, vt puta quia iuratum sit in ecclesia residere, quod quidem est iuris communis, vt habetur toto tit. de cleric. non resident. tunc ipsum iuramentum secundum subiectam materiam à iure interpretationem recipiat. & ideo
- 11 Inno. in c. per tuas, extra de arbit. dixit † iuramentum simpliciter præstitum in materia propria natura alternatiua, alternatiue intelligendum esse per text. in d. l. si. c. de nõ num. pec. sed sic est, quod ecclesiæ residere pendet à iure communi, & secundum eius naturam est, q̄ scilicet ille residere ceseatur, qui est in seruitio Pontificis, Episcopi, vel ecclesiæ, c. ex parte, extra de cleric. non resident. & c. de catero, eo. ti. cum ibi notatis, & c. dilectus. & c. ad audientiam, eo. tit. Ergo iuramentum de residendo, dicitur ampliari in d. casu ficto, & habetur etiam in c. potuit, nu. 12. & 18. extra de locato, & in c. in presentia, n. 176. extra de proba. & in c. 1. nu. 182. extra de iudic. & in rub. extra de prescrip. nu. 74. & in d. c. 1. extra de iudic. nu. 109. & num. 205. Præterea, quod iuramentum intelligatur secundum dispositionem iuris communis, tenuit etiam Philip. Franchus in c. 1. nu. 7. de iureiur. in 6. vbi inquit glo. notare iuramentum secundum dispositionem iuris communis intelligendum esse, & si tex. ibi secundum intentionem iurantis intelligendum esse suadere videatur, vt dixit glo. in c. breui. in eodem titu. Quare autem ibi tex. suadeat secundum intentionem iurantis intelligendum esse, ea est ratio, ne ad illicita trahatur, & ideo in aliis casibus refert se ad ea, quæ dixit Innocen. in c. veniens, eodem titu. extra de iureiur. qui vult, vt in foro conscientie iuramentum iuxta iurantis intentionem interpretandum sit: in foro autem iudiciali, secundum ius commune: & ita inquit intelligendam esse gloss. in d. ca. i. extra de iureiur. in 6. & haberi per gl. in c. humane aures, 22. q. 5. Pariter etiam Imola in c. ex parte tua, nume. 2. extra de cleric. non resident. notat, iuramentum in materia iuris præstitum recipere omnes limitationes & exceptiones iuris, prout ad hoc facit illud, quod habetur in c. ad audientiam, & in capit. cum dilectus, extra eodem titu. de cleric. non resident. vbi etiam nume. 3.
- 13 inquit, notandum esse quod absens † legitima de causa, vtputa pro vtilitate ecclesiæ vel dignitatis vel particularis beneficii, ad hoc vt non obstante absentia fructus percipere possit, residere intelligitur: & ibidem num. 4. notat iuramentum † non solum in actu vero verificari & locum habere, sed etiam in ficto: & ideo velle ibidem Petrum plus in hoc iuris habere iuramentum, quam statutum, cū statutum in actu ficto locum non habeat. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest.
- Prædictis tamen non obstantibus inquit etiam statutum in actu ficto locum non habere, per ea quæ habentur in c. cum dilectus. & in c. ad audientiam, eod. tit. de cleric. non resident. Verum de hoc refert se I-

molam ad dictum cap. ad audientiam, vbi latius hanc questionem discutit. Idem præterea quo ad conclusionem supra firmatam, tradit idem Imola in capit. quemadmodum, n. 3. extra de iureiura. dum inquit notandum esse ex eo tex. in quolibet iuramento inesse illas condiciones, nisi ab alia parte non seruetur, vel nisi fiat contra legem contractus, resque in eodẽ statu permanferit. Vnde etiam notatur iuramentum super contractu interpositum recipere iuris limitationes circa contractum.

Præterea Panorm. in d. cap. quemadmodum. §. illud autem, num. 5. extra de iureiuran. itidem notat, dicitque memoriæ mandandum, iuramentum in contractu appposito omnes recipere condiciones & subauditiones seu limitationes, quas continet ille contractus, super quo interpositum est: Et idem quoque dicit, si in quavis alia dispositione inferatur seu obligatione, vt scilicet ab ea reguletur, vt voluit Innocen. in d. c. per tuas, extra de arbit. & tradit Barto. in l. si societatem. §. arbitratorum. ff. pro socio. & inquit alias dixisse in cap. Quint auallis, de quo supra. subdit tamen id limitandum esse secundum ea, quæ notantur in c. debitores extra de iureiur. Itidem hanc eandem conclusionem vt illa regula, quod iuramentum intelligatur secundum naturam actus, super quo apponitur, tenet Ruin. in consil. 16. num. 14. volum. 2. & iterum in consil. 67. nume. 10. volum. 4. & Rolandus à Valle in consil. 8. num. 12. volum. 1. quærit quid dicendum sit, si dicatur, dono post mortem meam & promittat non contrahere. & inquit Bald. in l. cum quis, versic. sed quid si dixi. ff. de conditio. ob cau. esse ideo donationem inter viuos voluisse, quia donans sibi necessitatem imponit, ne scilicet reuocetur, l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mort. Verum ea ratione non obstante, contrarium deinde concludit eadem ratione, quod huiusmodi promissio ad contractus naturam accommodari & adaptari debeat: & ideo iuramento non contrafacit. Nam qui vtitur contractus natura, contrafacere non dicitur. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. talis namque promissio, vt infra in specie suo loco dicitur, rebus sic stantibus intelligi debet, hoc est nisi reuocetur. l. Seruius. ff. de conditio. ob cau. cum non dicatur contrafacere vel venire, qui reuocat, cum reuocatio saltem tacite inest, argumento l. quidam cum filium. ff. de verb. oblig. & opinionem hanc Bald. sequitur Alexand. in dict. additione ad Bart. in d. l. vbi ita donatur. & in l. qua dotis, col. 3. in 6. fallent. ff. soluto matrim. & Decius in consil. 239. & in consil. 470. col. 2. post Ang. in consilio 254. & ideo dicit in hoc casu, quod si fuerit promissum omnia & singula in instrumentum contenta seruare, & additum sit iurandum, donationem illam quæ suapte natura reuocabilis est, irreuocabile nõ fieri, quicquid dixerit Alex. in consil. 14. col. 1. vol. 1. & idem quoque in donatione tenet Natta in consil. 607. num. 1. volum. 3. vbi cum quidam dixisset amico suo prædium causa mortis donare adiecto iuramento non reuocandi, an reuocabilis fiat, ea iurata promissione non reuocandi, non obstante, subdit Natta eo in loco, hanc quæstionem in facto habuisse, & talem distinctionem fecisse: Aut enim, inquit ipse, liquido non constat, sed dubium est, an partes donationem inter viuos facere voluerint, vel causa mortis & tunc si verborum significatio non repugnat, ea accipienda est interpretatio, vt sit donatio inter vi-

uos, vt actus totus valeat. Exemplum ponit in themate, vbi dictum fuit donare causa mortis ita vt reuocare non possit: quandoquidem intelligi potest causa mortis, id est propter causam mortis moueri donantem ad donandum, & tunc reuocari non possit: & sic illa verba, *causa mortis*, potius causam contractus denotant, quam nomen ipsius contractus, & ita inquit intelligendum esse tex. in d. l. vbi ita donatur. ff. de donat. cau. mort. prout etiam declarat ibi Bar. in 1. oppositione, & voluerunt Ang & Castren. ibi, & Christophorus de Castellio, id late explicat in repetit. illius legis, col. 1. & idem dixit Imola in c. cum M. Ferrariensis, colum. antepenul. versic. circa secundum, extra de constit. post Card. Florentinum, & Francis. de Rampo, quos refert, & in hoc casu inquit donationem esse irreuocabilem, tanquam sit inter viuos, iuxta naturam suam: & in his terminis loquitur Castren. ita consulens in consil. 61. notandum est, volum. 1. & Aret. in d. consil. 74. diligenter & mature consideratis. Aut vero constat partes donationem causa mortis facere voluisse, vt puta quia dictum & expressum fuerit donare quempiam titulo donationis causa mortis, & nomen ipsum contractus expressum est, ita vt verba nullo modo ad donationem inter viuos extendi vel trahi possint & ex consequenti cessat dispositio d. l. vbi ita donatur. & tunc reuocari posse dicendum est, & si iurans in peritrium incurrat. Nam in actu qui ex propria substantia reuocabilis est, non potest quisquam etiam addendo iuramentum sibi illam reuocandi facultatem auferre, vt dixit gloss. notabilis in c. fin. in verbo, reuocatus, de procura. lib. 6. & ponunt Ioan. And. & But. in c. penult. extra de offic. vicar. & Ang in l. & in perpetuum, ff. de procur. & Imola in l. Stichum. §. usufructu. ff. de solut. & notat Alex. in consil. 18. visis capitulis initis, vol. 2. & in his terminis consuluit Corn. in consil. 126. licet in hac consultatione, vol. 1. & ideo concludit, quod quando facultas reuocationis est de substantia actus, ita vt pactum reuocationem prohibens non valeat. l. cum precario. ff. de precar. & tunc impossibile habetur, vt iuramentum quicquam contra substantiam actus inducat, sine qua actus nullo modo subsistere potest.

Hanc quoque conclusionem sequitur August. Berous in consil. 4. nu. 50. vol. 1. & dum vult iuramentum efficere, vt id quod alias suapte natura est reuocabile, reuocari non possit, vt est donatio causa mortis, & contractus innominatus: secus vero si sit quid reuocabile non ex natura actus, sed ex conuentione, & conditione adiecta: vt puta si sit adiectum pactum resolutiuum contractus vel promissum, aut datum si aliquid ob causam aliquam finalem: quoniam tunc non obstante iuramento, si causa cesset, contractus resoluitur, seu pactum adimpletum non fuerit, & ideo reuocationi locus est, cum iuramentum (vt diximus) secundum illam clausulam, rebus sic stantibus, intelligatur, vt latius ibi per eum.

Contrariam vero opinionem, vt scilicet iuramentum secundum naturam actus super quo apponitur, non esse simpliciter veram, voluit Ias. in l. si qui. num. 35. ff. de acquir. hered. & subdit eam reprobasse decem fundamentis, & vltra Ias. in d. l. si conuenerit ff. de iurisd. om. iudic. propterea, vt vidimus ex fundamentis alterius partis, iuramentum po-

tius addit aliquid actui, super quo apponitur vltra eius naturam, quam quod quicquam adimere videatur, propterea quod actum, vt omni meliori modo subsistat, efficere solet. Item hanc quoque contrariam opinionem sequitur Ioan. Cephal. in consil. 61. num. 30. vol. 1. subdens respondere Alexan. in l. stipulationes non diuiduntur, col. 8. & seq. ff. de verbo. oblig. & pulchre tradit iterum Alex. in consil. 37. col. 6. vol. 2. & Ias. in l. si pecuniam, in prin. ff. de condit. cau. data. & in l. si conuenerit, colum. 2. & 3. ff. de iurisd. om. iud. & tradit Ferratius in caut. 30. scitur, num. 3. & 4. vbi ex multis concludit ab eo relatis, actus sui natura reuocabiles iuramento fieri irreuocabiles, & ideo iuramentum non assumere naturam actus, cui adiungitur, propterea quod alioquin actus ipse reuocabilis remaneret, si talis suapte natura esset. Loquitur autem Ferratius de donatione causa mortis, vt ex eo apparet. Subdit tamen Cephal. ibidem, praeter effectum confirmationis & validitatis actum in reliquis suam naturam retinere: quatenus vero ad actum confirmare, & efficere, vt valeat omni meliori modo, l. cum pater, §. filius matrem, ff. de leg. 2. & ita inquit distinguere Decium in c. 1. num. 23. in 1. lectura, extra de iudic. & Vbert. Zuchardus in l. 1. num. 109. cum seqq. C. de pact. & inquit esse etiam ex intentione Alex. in d. l. si conuenerit, n. 3. ff. de iurisd. om. iud. & est intentionis Bart. Alex. & aliorum in l. 1. §. si quis ita. ff. de verb. oblig. prout etiam obligatio intelligitur secundum naturam actus, ne promissor ad plus teneatur, non autem ne efficacius. Idem praeterea voluerunt Imola, Castren. & Alexand. in l. miles, §. decem, ff. de re iudic. & Alex. in l. sciendum, colum. 1. num. 4. ff. de verbor. obligat. & omnes alii, & praesertim Ruin. in rubr. eiusdem tituli, num. 10. & iterum Cephal. in consil. 118. num. 30. in eodem vol. 3. vbi contrarium firmare videtur, prout etiam inquit voluisse Decium in l. ex his, numero tertio, Cod. de testam. milit. & ideo inquit, quod si interponatur super donatione inter virum & uxorem, eo tamen non obstante donatio reuocatur, si donatarius praecedat, vt dixit Decius in dicto consilio ducentesimo quadragesimo, & in consil. 536. ac etiam si interponatur super donatione causa mortis, propterea quod tunc earum naturam recipit, ita vt iuramento non obstante reuocari possint vt dixit Decius in l. non omnis, numero vndecimo, versic. & ista conclusio, ff. si cert. petat. post Ang. de quo ibi per eum.

Nec etiam dicendum est, iuramento impediri, quin tales donationes reuocari possint ex superuenientia liberorum, iuxta tex. in d. l. si vnam, C. de reuocan. donat. Illa namque conditio, si sine liberis decesserit, cum insit donationi, inest etiam & in ipso iuramento, vt inquit ibidem Ripa, numero quinto, & late tradit Tiraquel. ibidem, num. 160. & Decius in l. prima, num. 28. C. de pact. & in l. si donatione, num. 27. C. de collatio. & multa alia tradit in consilio 306. num. 5. & 6. & in l. si donatione, num. 27. Cod. de collation. & multa alia refert in d. consilio 306. num. 5. & 6. quando tempore iuramenti nullitas ab ipso iuramento tolli potest: At si oriatur ex superuenienti causa, vt puta ex defectu insinuationis non subsecuta, vel gabellae non solutae: tunc inquit iuramentum non impedire quod minus actus sit nullus, & de eius nullitate dici possit etiam ab eo qui iurauit, vt voluit Socin. in consilio 80. numero 11. volum. 1. id quod pro-

cedit

cedit etiam si iuretur non contrauenire aliqua ratione, vel causa, &c. & Ruin. in *l. nemo potest, col. 15. ff. de l. 1. cū*, vt sæpe diximus, intelligatur iuramentum rebus sic stantibus, *d. c. ad audientiam, extra de iureiuran. cum similib.* Nec est credendum, venditorem, expresse dicere nolle aliter valere contractum quā si emptor Principis consensum impetrauerit, & deinde iuramento interposito contrauenire noluerit, si consensus expresse in conditione positus impetratus non fuerit, & ex consequenti conditio defecerit, & ideo intelligendum est contradicere non posse, si Principis consensus interuenerit. Accedat etiam quod si Principis contractus non subsistit, utique nec ceteræ clausulæ subsistent: & ideo pariter nec iuramentum tenebit, vt dixit Curt. senior in *consil. 8. num. 10. post Bald. in l. testamento. C. de fideicommiss.* & ideo clarum est iuramentum nihil operari, vt ibidem latius Cepha. prosequitur. Præterea eandem conclusionem firmavit Alexan. in *l. non tantum, num. 11. ff. de re iudic. & Afflict. in c. vnico. in tit. de feud. guard. & castel. & in ca. item illud, numero 2. eod. tit. & Marf. in singul. 226. emphyteuta*, inquit ad hoc propositum emphyteutam priuari, si non soluat canonem per triennium, à iure suo cadere, *l. 2. C. de iure emphyt.* Emphyteutam autem ecclesiæ per biennium, *auth. quidam, C. de sacrosan. eccles. & c. potuit, §. si vero quis. extra de locato, & in auth. de alien. & emphyt. cum similibus.*

Id autem intelligendum inquit, nisi ipse emphyteuta singulo quoque anno soluere iuret. Plane tunc etiam si cesserit in solutione annum tantum cadit à iure suo, vt singulariter dixit Bald. in *c. quere lam, extra de iureiuran.* quem refert & sequitur Alexand. in *consil. 85. non puto, vol. primo.* Hanc eandem conclusionem sequitur Marf. eodem in loco, & si Ias. eam reprobet & male, iudicio suo, in *l. secunda, colum. septima, vers. 9. quero, C. de iure emphyt.* inquit enim suam opinionem contra Bal. in eo solum fundare, quod iuramentum sequatur naturam contractus, super quo apponitur, *d. l. fina. C. de non num. pecun.* sed natura contractus emphyteutici est, quod ante biennium emphyteuta non soluens à iure suo non cadat, ergo etiam quod iurauerit, non cadet à iure suo non soluendo primo anno. Subdit tamen Marfilius eam rationem doctrinam Bald. non tollere, propterea quod semper verum non est iuramentum sequi naturam contractus, super quo apponitur: Quinimo potius eius naturam alterat, vt patet ex pluribus doctrinis & iuribus relatis à recentioribus in *l. duo patroni. §. Marcellus. ff. de iureiur.* & vltius inquit apparere iis, quæ ipsemet dixit in *repet. l. fin. C. de probat.* vbi ponit plura valde notanda in materia iuramenti, & in *consilio quinquagesimo secundo, præsupposita & latius in authenti. quod obtinet. Cod. de probatio. Ias. etiam in l. is, qui, numero trigesimo quinto. ff. de acquir. hered. tenet illam regulam, quod iuramentum reguletur secundum naturam actus, super quo apponitur, non sit simpliciter vera, & inquit eam reprobasse in *d. l. si conuenerit*, plusquam decem fundamentis, *ff. de iureiur.**

Satis, ni fallor, patet ex prædictis pro vtraque parte plura deducere Doctores nostros: Verum tenendo primam conclusionem, quæ communis videtur, pluribus tamen modis limitatur: & primum eam limitat Ias. in *d. l. is, qui, num. 35. ff. de acquir. hæ-*

redit. & inquit iuramentum recipere naturam contractus super quo apponitur, vbiunque in principali dispositione consensus deficit, vel est aliquo modo limitatus. Nunc enim verum est, iuramentum secundum naturam actus, super quo apponitur, intelligendum esse, alias secus dicendum esse, vt notauit Barto. in *l. si quis pro eo, in 8. membro. ff. de fideiuss.* Vnde dixit Bal. in *l. 1. quest. 2. C. commoda*, quod vbi actus ex aliqua defectus consensus præsumptione deficit, iuramentum nihil operatur, per *tex. in d. l. fin.*

Videtur tamen, ni fallor, ex prædictis eandem conclusionem subsistere, propterea quod si prædicta vera sunt, consequens quoque erit, vt conclusio supra firmata locum habeat: nam si vbiunque actus qualitatem recipit vel conditionem aliquam videtur iurans nolle alterare illas qualitates & conditiones, & ideo consensum deficere dici solet, & præsertim quando ad plus iurans obligaretur, cum credendum sit iurantem potius ad minus, quam ad plus obligari velle. Verum cum de hoc supra dictū sit, non repeto & infra etiam dicetur, cum particulares species recensebimus. Hoc idem eodem modo tradit idem Ias. in *leg. si ita quis promiserit. §. ea lege, num. 28. ff. de verbor. obligat. & iterum in l. decem, num. 23. ff. eod.*

Secundo limitatur præcedens conclusio, vt inquit Fran. Viuius in suis communibus opinionibus in verbo, *exceptio spoliationis*, dum vult, quod licet exceptio spoliationis litis ingressum impediatur cum spoliatus ante omnia restituendus sit, *l. si quis à se fundum, C. ad l. Iul. de vi publica, & tradit glos. in c. 1. extra de restit. spoliat. & tradit Angel. in l. si maritus, ff. de donatio. inter vir. & vxor.* dum vult vt spoliato faueatur, si omnibus bonis suis, vel pro maiori parte ab aliquo spoliatus sit: quandoquidem tunc à nemine tam ciuilitate, quam criminaliter molestari potest, nisi prius & ante omnia restituatur, & ideo inquit Barr. in *l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. possess.* huiusmodi exceptionem dilatoriam esse, & litis ingressum impedire, quem sequuntur Docto. ibi, & Angel. in *§. æque, num. 39. Institut. de exceptio & Franc. Aret. in c. 1. de litis contestat. in 8.* vnde si iuramentum apponatur super huiusmodi actu, vt eius qualitatem & naturam recipiat, dicendum est, & ideo inquit allegantem huiusmodi exceptionem omnino audiendum esse, vt voluit Specul. in *§. 1. in titu. de citatio. & Inno & Abbas in c. nouit extra de appell. & Ioan. Andr. in cap. cum olim, in fin. extra de restit. spoliat.* & hanc conclusionem esse communem, inquit Gramma. in *decis. 85. num. 1. & 3.* Sed huiusmodi exceptio spoliationis post litem contestatam opponi non potest, vt dixit Bartol. in *d. §. nihil commune*, quæ ibi communiter sequuntur omnes, vt asserunt Fulgo. & recentiores *ibi*, & si nonnulli voluerint contrarium, merito stantibus prædictis, inquit Viuius ibidem, idem dicendum esse, si apponatur iusiurandum, propterea quod non debet obstare iuramentum ante spoliationem adiectum, vt dixit Io. And. in *cap. 2. extra de ordine cognitio. & alij relati à Grammat. in d. decis. 85.* & si non obstabit debitorem iureiurando promississe spoliationis exceptionem non opponere.

Tertio limitatur si fortasse iuramentum super contractu, vel actu præstito causam adnexam ha-

bet, vt pacta seruentur, vtputa exempli gratia, si fidei seruanda prætextu præstetur, vtputa quia iuratur prætextu numerationis: Nam in eo casu fide nõ seruata, iurans non tenetur, propterea quod inest illa conditio, si fidem seruauerit, argumento, *l. quarto. §. inter locatorem. ff. locati.* & eorum, quæ norantur ab Innoce. in *cap. 2. extra de iureiuran.* & ideo deficit consensus vbicunq; illa conditio non adimpletur, & ideo iuramentum ipsum iurantem non obligat, neque ligat. Nec absolutio necessaria est, vt dixit late Bald. in *d. l. si. C. de non num. pecun.* Inquiens iuramento sub spe futura numerationis præstito inesse conditionem, si solutio sequatur. id quod est quoq; & locum habet in iuramento præstito sub spe futura promissionis. Nam eodem modo continet illam conditionem, si promissio sequatur, cum eadem sit ratio in eodem casu, argumento, *l. fin. C. ad l. Falcid.* vbi promissio & solutio æquiparantur. Comprobatur præterea hæc limitatio ex iis, quæ voluerunt Bart. & Bald. in *l. penult. §. mulier. ff. soluto matrimonio.* & ideo dixit Corn. in *consi. 349. num. 12. vol. 1.* iuramentum continere illam tacitam conditionem, si sibi aduersarius contractum seruet; Quo fit vt ille, cui contractus non seruatur, iuramentum seruare non teneatur, vt habetur in *in cap. peruenit. extra de iureiuran.* & tradit gloss. quam sequuntur Doctores ibi, & in *c. quemadmodum, eodem titu. & facit text. in l. fin. ff. qui satisda. cogan. & in leg. fin. Cod. de non numerata pecun.*

Quarto limitatur, vt dixit Ias. in *l. tutor. num. 2. ff. de iureiuran.* propterea, quod licet iusiurandum paratam executionem habeat, vt ipse dixit in *l. 2. ff. eo. tit.* ita vt omnis exceptio exclusa intelligatur, *l. non erit. §. dato. cod. titu.* Prædictis tamen non obstantibus semper de inhabilitate personæ, quæ iuramentum detulit, obici potest. Vnde inquit Rom. illum tex. citari consueuisse ad illud, quod refert Io. And. dispositum esse in *tit. de sentent. §. vt autem, in princip.* videlicet, quod si extet statutum disponens, vt contra instrumentum guarentigiatum nulla exceptio opponi possit, posse nihilominus de inhabilitate personæ excipi, & inquit Roma. esse optimum text. in *d. l. tutor.* Ad quod subdit ibidem Ias. optime facere illud, quod decidit Bar. in *l. 2. §. Prætor ait. per illum tex. ff. qui satisda. cogan. & tradit etiam Goza. in consi. 53. num. 2.*

Quinto limitatur prædicta conclusio, quando conditio ad confirmandum actum inest, vt inquit Aymon Crauet. in *consi. 102. nu. 7.* cum alioquin esset inualidus & nullus: nam talem conditionem iuramentum recipere non potest, cum statim illum confirmet, & validum reddat, & ideo frustra expectatur alia conditio ad eius confirmationem, *l. aliquando. ff. ad Velleia.*

Id autem verum esse inde probari existimat quod contractus seu alienatio minoris sine iuris solemnitate ab initio non subsistunt, lapsu tamen temporis confirmantur, si maior factus per quinquennium taceat in alienatione onerosa, aut per decennium in alienatione ex titulo lucratiuo, *l. si si maior fact. alien. fact. siue decet. rat. habit.* & sic alienatio minoris eam continet conditionem ad eius validitatem, si post maiorem ætatem alienans nihil dicat. & licet inspecta Decii ratione sequatur minor alienet cum iuramento habeat talis alienatio illam con-

ditionem si factus maior tacendo ratificet, contra *tex. in d. auth. sacramenta puberum, C. si aduers. venditio.* In hoc tamen casu intelligat & limitat Aymon Crauet. ibidem, talem conditionem non inesse, & ex consequentia talem alienationem iureiurando conualidari, & talem conditionem non inesse, ea fortasse ratio esse potest, quod non præsumatur vt minor vel contrahens cum eo de hac conditione cogitauerit, & ideo eam remittere noluerint, cum crediderint à principio actum validum facere.

Sexto limitatur, vt ibidem inquit Aymon Crauetta, nisi in principali dispositione consensus deficiat, vel actus sit aliquo modo limitatus, propterea quod in eo casu eodem modo intelligitur iuramentum super eo appositum, alias secus, vt videtur innuere Bart. in *l. si quis pro eo colum. penult. in 8. membro. ff. de fideiussor. & Bal. in l. 1. in 2. quest. C. manda. & Imola in cap. per tuas, extra de arbitr. & in cap. 1. extra de iudic. & refert & sequitur Ias. in *l. si infulam, colum. 20 quest. 5. & Bart. in vers. quid tenendum, in l. si ita quis. §. ea lege. colum. 8. vers. septimò ad idem facere videtur. ff. de verb. oblig. & in d. l. his. qui. col. 4 in si. vers. nec obstat quod iuramentum. ff. de acquir. hered.* In aliis autem actibus iuramentum non intelligitur secundum naturam actus: Immo ei addit, illudve efficacius reddit, vt pluribus probat idem Ias. in *d. l. si pecuniam, col. fin. ff. de conditio. ob caus.* & ideo infert ibidem Aymon, iuramentum appositum super donatione facta à patre filio, illam conditionem, si filius superuiuat patri, non recipere ob id quod in tali donatione consensus non sit, nec limitatus dicatur, & ideo dixit tenendum quod indistincte firmari donationem iuramento, siue donatarius superuiuat, siue præmoriatur.*

Septimo limitatur præcedens conclusio, vt inquit Aymon eodem in loco, quod scilicet iuramentum regulatur secundum naturam actus, cui adicitur in iis, quæ non sunt de natura actus primordiarum, non autem in accidentalibus, vt inquit ipsemet Decius in *c. 1. col. 16. extra de iudic. & Ias. in d. l. si conuenerit.*

Sed natura primordialis donationis inter virum & uxorem, & inter patrem & filium est, quod sit nulla, nec confirmetur morte donantis, si præcedat, sed accidentaliter, scilicet si donationem non reuocauerit. Ergo iuxta huiusmodi naturam accidentalem iuramentum intelligi non debet.

Octauo limitat ibidem Aymon Crauetta, vt illa conclusio non procedat in conditionibus quæ actui non insunt de voluntate & consensu partium: quandoquidem iuramentum intelligitur secundum naturam actus, & eius condiciones recipit inspecto verosimili partium consensu: præter namque partium consensum operari non potest. *l. fin. C. de non num. pecun. & tradit Bal. in l. 1. in 3. quest. C. inmoda. & Aret. in consi. 24. Quatuor dubia, colum. 2. & alibi sepe tradunt Doctores.*

Sed sic est, quod si iuramentum in his terminis conditionem illam reciperet, quæ dicit Decius, hoc est, si donatarius superuiueret, fieret contra voluntatē & mentem contrahentium, qui donationem perpetuam facere intendunt & validam in omnem casum: merito talis conditio subintelligitur contra mentem & intentionem ipsorum contrahentium: quandoque

quandoquidem non reperitur in iure, quod in casibus in quibus donationes inter patrem & filium, virum & uxorem à principio non subintelligantur & eam conditionem recipiant, si donatarius superuiuat. Præterea illa conclusio procedit, ne per iuramentum plus quisquam obligetur, vt vltimo loco declarat Gozad. in d. consi. 57. col. penult. in fin. sed in his terminis donator ad plus non obligatur, ergo iuramentum efficere debet, vt actus fiat irreuocabilis tam expresse quam tacite.

18 Nono limitatur, vbicunque quis deciperetur legis auctoritate: † quod quidem admittendum non est, l. si. C. de his, qui ven. etat. impetr. Dicit namque lex, donationem huiusmodi iuramento confirmati: Vnde si fretus auctoritate legis bona aliqua emerim ita donata, legitimo ac conuenienti pretio, & in casu quo venditor vel donatarius præmoriatur sine liberis, qui emptori satisfaciant, vtique emptor sub legis auctoritate deciperetur, id quod nullo modo dicendum videtur.

19 Decimo limitatur † ex eo quod iuramentum esset elusorium, & nihil operaretur, propterea quod talis donatio etiam nullo accedente iuramento subsistit, & iure confirmatur donatio inter virum & uxorem, si donator præmoriatur donatione non reuocata, contra tex. in l. si quando. ff. de lega. 1. & c. si Papa. de priuileg. lib. 6. eandem limitationem tenet Ant. Gabriel. lib. 2. suarum communium opinionum, conclus. 20. num. 2. vbi limitat, quando consensus non deficit. † nam tunc iuramentum assumit naturam actus illius, cui coheret, alias vero non, vt voluit Bart.

20 in d. l. si quis pro eo. colum. fin. versic. prædicta que dixi. ff. de fideiussor. & Imola in cap. per tuas. colum. antepenult. versic. nec obstat, quod habetur extra de arbit. & in c. ad nostram. colum. fin. n. versic. an autem iuramentum, extra de emptio. & vendit. & in c. 1. col. fin. versic. nec obstat lex fina. extra de iudic. & Alex. in d. l. si conuenerit, col. 1. versic. nec obstant iura. ff. de iurisdict. om. iud. & in l. stipulationes non diuiduntur, col. 9. vers. non obstat lex fina. ff. de verbor. oblig. & in l. si Insulam, col. penult. versic. quod remedium. & in l. decem. num. 22. vers. primam regulam ff. de verb. oblig. & ita sentit Corset. in tract. de iureiuram. col. 9. in 11. priuileg. & Alex. in consi. 37. col. 6. versic. nec obstat l. fina. vol. 2. & Calca. in consi. 17. colum. fin. versic. nec obstat vltima. & in consi. 19. colum. penult. in fin. versic. quia respondetur. & Gozad. in consi. 57. col. penult. in fin. versic. non obstat quod iurauerit. & Alexan. in l. sed & si quis. §. quæsitum, col. fin. in versic. sed Imola in sua repetitione. ff. si quis cautio. & Roman. in consil. 517. colum. penult. versic. huic tamen conclusioni. & Aret. in consil. 24. colum. 2. versic. nec obstat iuramentum, & Ias. in dict. l. si quis ita. §. ea lege, colum. 7. versic. septimo ad idem, ff. de verborum oblig. & Crauet. in d. consi. 102. colum. penult. versic. secundo respondeo, colum. fin. versic. quinto respondeo, & Ruin. in consi. 134. col. 2. in fin. versic. nec etiam obstat, volum. 1. & si contrarium tenuerit Decius in c. 1. col. 13. vers. secundo Imola hic, extra de iudic. & Ias. in l. sed & si possessori. §. ite si iurauero, in 9. notab. ff. de iureiur. & in l. si conuenerit, colum. 4. versic. ex iis patet, ff. de iurisdict. om. iudic.

21 Vndecimo limitat eodem in loco ipse Antonius Gabriel. † in iuramento in genere, vt tunc recipiat condiciones actus, super quo apponitur: at secus sit in iuramento in specie, vt dixit Ripa in capit. 2. colum. 5. in fin. versic. aut emphyteuta iurauit, extra de rescript.

22 Duodecimo limitat idem Gabriel. † iuramentum prædictum non recipere condiciones actus, quando condiciones tradunt ad conualidandum actum, vt dixit Aymon Crauet. in dicto consi. 102. colum. penult. versic. non aliud. & de hoc supra latius dictum est.

23 Decimotertio limitat idem Gabri. † iuramentum assumere naturam actus, super quo apponitur, vt iurans ad plus non obligetur, non aut vt non obligetur efficacius, vt voluit Ruin. in consi. 134. col. 3. ver. propterea iuramentum tollit, vol. 1.

24 Decimoquarto limitatur, vt inquit August. Berous in consi. 126. nu. 14. vol. 1. † vt non procedat, quando sumus in dubio: secus vero si contrarium sit de iure expresse cautum, prout est in contractibus emphyteuticis, in quibus de iure cautum est, conductorem seu emphyteutam, qui iurauit canonem certo & determinato tempore soluere, si dicto tempore non soluat, ipso iure cadat à iure suo. c. querelam, extra de iureiur. vbi Bal. & habetur in l. si quis maior, C. de transact.

25 Decimoquinto limitatur, vt inquit ibidem Berous, num. 15. † quod iuramentum recipiat interpretationem à subiecta materia de iure ciuili locū habere, secus vero de iure canonico, quod quidem in hoc obseruandum est, cum sumus in spiritu libus, & animam concernentibus, vt est tex. in c. fina. extra de prescript. & in c. 1. cum ibi notatis à gloss. & Docto. extra de noui oper. nunc. Nam de iure canonico, subiecta materia, declarationem & determinationem recipit à iuramento quam econtra, vt declarat Roman. in l. heredi. ff. de donatio. & est etiam tex. in d. c. cum contingat, extra de iureiuram. & c. licet mulieres, eodem tit. lib. 6. & in c. quamuis, de pact. in 6. & in auth. sacramenta puerum. c. si aduers. vendi. cum igitur iuramentum præcedat secundum ius canonicum, & sit dispositio præcedens, vt colligitur ex corpore vnde sumitur cum iis quæ notantur ab Abba. & Imola in d. c. cum contingat. merito mirum non est, si iuramentum non recipit qualitates & condiciones actus, super quo apponitur, sed potius illud declarat materiam subiectam.

CAP: CCIII.

ARGUMENTVM.

Iuramentum omne intelligitur Rebus sic stantibus. Axioma per varios casus examinatum.

SUMMARIÀ.

- 1 Iuramentum continet clausulam, rebus sic stantibus.
- 2 Iuramentum continet illam conditionem, si res perseverauerit in eodem statu.
- 3 Pactum & consensus, quod primogenitus succedat, cum sint ex se mutabiles, merito iuramentum continet illam conditionem, si alter paciscentium perseverauerit in eodem consensu.
- 4 Statuto disponente, vt si donationes non registrantur vel insinuantur infra mensem, non valeant, sed sint irrita ipso iure, & quisquam donauerit sorori & iurauerit non contrauenire & ipsa donataria do-

nationem sibi factam registrari non curauerit, ad heredes donantis contravenire possint.

5 *Destructa substantia, destruitur iuramentum.*

6 *Statutum huiusmodi, vel lex, an teneat in præiudicium tertii.*

7 *Iuramento ex causa superueniente contravenire licet.*

8 *Noua causa, parit nouum causatum.*

Conuenit tam generaliter discutiendo ea, in quibus iuramentum nihil operatur, quam etiam particulariter, quando iuramentum retineat naturam actus, super quo apponitur, vt videamus, an iuramentum ¶ semper contineat illam clausulam, *rebus sic stantibus*, in qua quæstione iuramentum eam continere dicendum est, vt voluit Rin. in iun. in §. 1. num. 258. *Instit. de donatio. per tex. in c. cum p. extra de renunciatio. & in c. quemadmodum, extra de iureiur. an. & tradit Paris. in consilio 110. numero 35. vol. 1. & Cassan. in constitut. Burgund. rubr. 7. §. 2. nume. 9. & Boerius in decis. 204. n. 21. & sic continet ¶ illam conditionem, si res perseverauerit in eodem statu. Hæc namque conditio in iuramento subintelligitur, argumento l. cum quis. in prin. ff. de solutio. & notat gl. in c. 2. extra de rescript. cum aliis vulgaribus deductis ibi per eum. Et ideo ¶ infert ibidem Berous, n. 22. quod cum pactum & consensus, quod primogenitus succedat sint ex se ipsis immutabiles, merito in iuramento illa conditio subintelligatur, si alter paciscentium perseverauerit in eodem consensu: & ideo si consensus primogenitum grauando sit reuocatus, pariter etiam iuramentum reuocatum esse intelligi debere, & si licitum sit & ex se ipso validum, vt ibidem latius per eum. Præterea Federicus de Senis in quæsti. 81. num. 1. infert & ipse ad aliam huiusmodi quæstionem.*

Extat alicubi statutum, ¶ vel lex disponens, quod nisi donationes registrentur, vel insinuentur infra mensem, non subsistant, sed irritæ sint ipso iure. Accidit stantibus prædictis quempiam sorori donasse, & iuramento promississe non contravenire, accidit tamen ipsam donatariam non curasse ipsam donationem, iuxta formam illius statuti, vel legis registrari: Vnde quærebatur, an hæredes donantis tali iuramento contravenire possent? In hac quæstione inquit Federic. heredes ipsius donantis vii ipsius statuti vel legis iuros esse, nec iuramento ipsius iurantis eorum auctoris obligatos esse. Mouetur autem ea ratione, quod iuramentum illud intelligatur, si res in eodem statu permanferit, argumento eorum quæ habentur de Principe, vel prælato à suo statu vel Dominio aut dignitate remoto: Nam eius subditi, qui eidem fidelitatem, vt supra diximus, iurauerant, obligati non sunt, vt habetur in c. venerabilis, in si. extra de electio. & c. 2. extra de oper. noui nunc.

Id autem ideo tenebat, quia culpa ipsius donatariæ id accidere contingit, cum formam statuti vel legis ex iusta causa prolari non seruauerit; quæ quidem iusta causa fundatur in l. data. C. de donatio. & sic ex superueniente iure, vel causa etiam eidem iuranti iniurandum remissum esse intelligitur, de quo superueniente iure actum non fuit vel cogitatum eo iuramento cap. 2. extra de renunciatio. & cap. penult. extra de iureiur. an. & cap. ad nostram, il. 2. eodem titul. vt ibidem latius per eum. In hac tamen rea-

nimaduertendum est ad fundamentum Federici dum mouetur ex eo quod regula sit, in iuramento inesse illam clausulam, *rebus sic stantibus*, & quod res permaneat in eodem statu: nam huiusmodi fundamentum etiam in casu suo concludere non videtur, propterea quod illa donatio nunquam fuit registrata, & ideo esse non posse quod non dicatur permanere in eodem statu, & sic quod obstat clausula, *rebus sic stantibus*, vt est in prælato amittente dignitatem, vel Principe amittente Dominium, vel statutum suum. Illi namque tempore præstiti iuramenti erant in statu dignitatis, domini aut iurisdictionis, quem deinde amiserunt. Posset fortasse substineri opinio Federici alia regula, de qua infra suo loco dicitur, quod scilicet destructa ¶ substantia, destruat etiam iuramentum. Et ideo cum ipsa donatio vi illius statuti, vel legis sit ipso iure nulla, merito annulletur etiam iuramentum, & ideo hac de causa nihil operetur. Videtur etiam non procedere aliud Federici fundamentum, dum dixit de superueniente iure actum, vel cogitatum non fuisse: nam si iuramentum illam clausulam continet, vt actus valeat omni meliori modo, quo potest, utiq; saltem in genere de omnibus impedimentis cogitasse videtur. Videtur tamen dicendum illud statutum vel legem ad tertii præiudicium non extendi, sed ipsius donantis tantum: & ideo conclusio illa Federici hæredibus donantis, quo ad ipsum donantem locum habeat.

Nam est alia regula, de qua suo loco dicitur, ¶ quod iuramentum non operatur contra tertios, & in damnum tertii, sed solum donantis: & ratio est, quia tale statutum vel lex municipalis ideo introducta censetur, ne deinde contrahentes decipiantur ob id quod quispiam contraheret æs alienum, & deinde donaret: quo fit vt induceretur, donationes describerentur: & in loco publico detinerentur: & ideo quousque iuxta dispositionem & formam statuti in loco deputato descriptæ non sunt tales donationes in eorum præiudicium non subsistunt, qui ante descriptionem prædictam contraxissent cum ipso donante, & si multo ante donationes factæ essent, sed non descriptæ.

Præterea, quod iuramentum contineat illam clausulam, *rebus sic stantibus*, tradit etiam Port. in consilio 132. numero 19. & rursus in consilio 176. num. 20. & Iacobus Menochius in consilio 27. numero 48. & in cons. 55. num. 9. volum. 1. & ibidem infert ad quandam communem quæ ex parte sua id quod debebat & in iuramento tenebatur, non adimpleuerat, & iterum tenet idem Menochius in consil. 84. nu. 56. loquens de donatione collata in filium à patre. Eandem quoque conclusionem sequitur Roland. à Valle in consilio 7. numero 57. volum. 3. argumento l. quod Seruius. ff. de fideiussor. cau. data. & per ea, quæ voluit Barbat. in consilio 38. colum. 21. volum. 2. & Brunus in consil. 99. col. fin. & Paris. in consil. 97. num. 51. vol. 1. & ideo infert ibi ad eum, qui sit absolutus, seu habitatus à iuramento. Et iterum conclusionem sequutus est in eodem consil. 99. num. 11. vol. 4. dum vult vt ex causa superueniente iuramento contraveniri possit, per ea ¶ quæ voluerunt Inno. & alii in cap. 1. extra de constitut.

Vnde infert prædictam opinionem & conclusionem locum habere, etiam quod vnus contrahentium deficiat in minima re, c. quia licitum est alteri

veri non obseruare contractum, vt inquit Bald. in l. pacta. conuenta. ff. de contraben. emptio. quam legit cum l. iurifgentium. in princ. ff. de pact. quem sequitur Ias. in consil. 216. col. 2. vol. 2. Rursus hanc eandem opinionem firmavit Franc. Niconitius in c. quoniam contra falsam, in 4. notab. nu. 127. extra de probat. vbi quaerendo, an notarius cogi possit officium suum exercere, & praesertim, quando id iurauit assumendum officium limitando dictam conclusionem, quando notarius clericus fieret.

Respondet non obstare quod ob sacerdotium non videatur liberari ab obligatione, ex quo in creatione iurauit. Respondet tale iuramentum non obligare, sed rebus sic stantibus intelligendum esse, per ea quae supra diximus: & ideo ex quo effectus est sacerdos, iuramentum ad eum casum non extendi. vnde Bal. in c. cum inter P. extra de renunc. dixit nouam causam, † nouum parere causatum, vt ibidem latius per eum.

Praeterea hanc eandem conclusionem sequitur Hippol. Riminald. in consilio. 72. numero. 27. volumine 1. per ea, quae voluerunt Decius & alii omnes post eum in rub. C. qui admit. quos refert Hieronymus Gratus in consil. 44. nu. 22. vol. 2. & Paris. in consil. 97. nu. 51. vol. 1. & ideo vt supra paulo ante diximus. infert ad donationis denunciationem a statuto requisitam: quae si non fiat debito & determinato tempore, surgit noua causa, ob quam iuramentum non ligat. Idem praeterea voluit Ioan. Neuzanus in consil. 22. nu. 4. intelligens vt illa clausula, rebus sic stantibus, & si res in eodem statu permaneant, efficere vt etiam ille qui absolutionem obtinuit a iuramento in eodem statu esse non dicatur: attamen id, ni fallor, a dictis Doctorum recedere videtur, qui praedictam conclusionem intelligere videtur, vt in eo casu absolutio a iuramento necessaria non sit: alioquin in plerisque casibus haec conclusio superflua esset & inutilis, si absolutio a iuramento obtineretur. Rursus hanc eandem conclusionem, quod scilicet iuramentum intelligatur, rebus sic stantibus, tradit Tirac. in praefatione l. si vnquam, num. 166. & 167. C. de reuocan. donat. vbi quamplures cumulat. Idem praeterea firmat Paris. in consil. 69. nu. 42. vol. 3. prout voluit etiam Cornens in d. l. pactum, col. 3. in 7. limit. & Decius nu. 9. & Salyc. col. fin. vers. aut paciscitur filia. C. de pact. & Rom. & Alex. in l. qui superstitis, colum. 4. vers. circa tertium. ff. de acqui. hered. & iterum Roman. in consil. 22. proposita, in 2. dubio. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 11. ff. de verb. obliga. vbi etiam tradit Curr. nu. 33. & Burig. num. 32. & Claud. colum. 4. vers. Quarto limita. & iterum Alex. in consil. 29. praclare. vol. 3. & in consil. 149. num. 3. vol. 7. & Gemin. col. fi. & Phil. Franch. col. 4. in 6. limitatio. & Georg. Natta, col. 10. in 8. limit. in c. quamuis, de pact. in 6. & voluit Bal. in consil. 473. Quaedam puella, col. 2. in 2. dubio, volum. 1. & refert Decius 433. visa copia, num. 2. & in consil. 553. nu. 9. & in d. l. pactum, nu. 9. Praeterea hanc eandem conclusionem sequitur rursus Paris. in consil. 20. num. 117. vol. 1. & in consil. 72. num. 45. eodem vol. 1. & in consil. 73. num. 49. eod. vol. 1. & rursus idem Paris. in consil. 77. num. 45. vol. 1. & iterum Paris. in consil. 110. num. 35. eodem vol. 1. & in consil. 24. num. 73. vol. 2. & Hieron. Grat. in consil. 44. nu. 22. vol. 2. Idem hanc conclusionem sequitur Corn. in consil. 69. num. 15. vol. 2. per idem consil. Fede. de Senis, de quo supra mentionem fecimus, & loquitur de donatione restringenda, & rursus idem Corn. in

consil. 221. n. 4. vol. 1. & idem voluit Soc. iun. in consil. 77. n. 21. vol. 1. & in consil. 3. nu. 29. vol. 2. & iterum eandem conclusionem sequitur Dec. in consil. 350. nu. 6. vol. 3. & Bertr. in consil. 342. nu. 9. vol. 1. vbi loquens de renunciatione, inquit renunciationem iuramento confirmatam, qua quispiam iuri quod habet, vel habere sperat ex causa de praeterito, non autem de futuro intelligendam esse attestatur, vt voluit Bar. in l. si vxor §. Diuus. ff. ad l. iul. de adult. & in l. qui Roma. §. duo fratres. ff. de verb. obl. & in l. post emancipationem. ff. de liber. legata. & in l. quod seruus. ff. de condict. ob caus. & Bal. in l. spem. C. de donatio. & in l. pactum, col. 3. ff. de collatio. & subdit Bertran. optime facere illud, quod voluit Anch. in consil. 205. visis & ponderatis verbis pacis inira, col. 3. vers. sexto & vltimo probo sic. & Roman. in d. consil. 22. proposita mihi consultationis, col. 1. vers. secundo, quia & si paciscar de cetero. dum inquit, quod si quispiam de cetero non petere iurauerit bona emphyteutica, tale iuramentum intelligendum est, nisi ex noua concessione ius petendi ei superuenerit, per tex. in d. c. cum inter P. extra de renunciat. & inquit optime facere illud, quod voluit idem Rom. in consil. 203. diligenter inspectis. Hanc praeterea conclusionem firmavit Augustinus Berous in consil. 4. n. 51. vol. 1. qui pariter vult, quod ob causam deinde superuenientem iureiurando contraueniri possit. Et idem iterum voluit Berous in consil. 88. num. 34. eod. vol. 1. & iterum etiam in consil. 92. num. 22. vol. 1. vbi infert ad illud, quod dixit Bart. in l. amplius non peri. ff. remratam habe. dum vult quod si facto & culpa vnus ex contrahentibus alter iuramento contraueniat, non ob id periurus dicatur. & rursus idem iterum dixit August. Berous in consil. 148. num. 5. eodem vol. 1. vbi & ipse cum aliis concordat, & tenet posse scilicet contrauenire nulla impetrata absolutione, prout dixit etiam Bal. in l. & si superior. C. ex quib. cau. infam. irroge. & multo melius in l. fin. C. de non num. pecun. & ideo inquit, quod si quis suum conductorem non expellere iurauerit, illud iuramentum intelligendum esse, quatenus conductor ex parte sua promissa seruauerit, & canonem soluerit: eo autem promissa non seruante & canonem non soluente, conductorem expellere iuramento non obstante locat. rilicere: Nam non solum de natura locationis est, & secundum ius commune, vt conductor ipso iure obius in ipsum conductorem superueniens a solutione canonis liberetur: & ideo, vt supra etiam retulimus conuenire videtur ad probandam hanc conclusionem, illud quod habetur in d. c. quemadmodum, vt deducit Berous in loco supra relato. vbi si sponsus, qui iurauit aliquam in vxorem ducere eam non obstante iuramento ducere non teneretur, si illa fortasse fornicationem, seu adulterium commiserit, propterea quod etiam quod ipsam iam duxisset eam dimittere posset. Vnde infertur ad propositum nostrum, quod si praedicta sponsa fornicationem facto & culpa viri sui seu sponsi, vt puta medio illius lenocinii commisisset, ipse sponsus iuramento suo contrauenire non posset: Quinimo eam omnino ducere teneretur, propterea quod in eo casu vxorem iam ductam, nec dimittere, nec de adulterio accusare posset, l. viro, & l. cum mulier. ff. soluto matrim. & notatur in leg. ita nobis. Cod. de adult. & voluit Hostiens. in summa in titu. de adult. in §. qualiter. & facit in simili illud, quod voluit gloss. in l. fin.

in l. fin. in ff. de his, qui in frau. credid. dum inquit debitor non gaudere beneficio cessionis bonorū, sed in solidum vsque ad sacculum, & peram, quando dolo & fraude sua non soluendo efficitur, conueniri posse. Præterea eandem opinionem, quod scilicet iuramentum intelligatur, rebus sic stantibus tenet iterum Berous *in consi. 8. num. 29. volum. 3. & in consi. 53. nu. 36. eodem vol. 3. & sequitur Dec. in rub. G. qui admitt. nu. 4. in l. lectura, & eandem opinionem sequitur Alciat. in tract. præsumpt. præsumptio. 16. nu. 5. inquitur But. & Imola in c. cum inter P. extra de iure inr. voluisse iuramentum scholaris de se non doctōrādo alibi quam Bononiæ, rebus sic stantibus intelligendum esse, & idem quoque dixit Cephal. *in consi. 208. nu. 17. volu. 2.* & loquitur de transactione, in qua erat enormissima læsio, & intelligitur vt illam clausulam *rebus sic stantibus*, subintelligatur, præsupposito transactionem esse iniustam. Idem etiam voluit Albert. Brun. *in consi. 99. num. 9. & 10. in vol. consi. feud. diuers.* inferens ad legum & statutorum dispositionem, & concludere ea quoque illam clausulam, *rebus sic stantibus*, continere non secus ac iuramentum. Et idem de statuto loquens tradit etiam Afflict. *super feud. in c. si quis fecerit inuestituram, num. 14. in titu. quo tempo. mil.* & idem quoque voluit Iaf. *in auth. nouissima, num. 11. C. de inoffic. testam.* vbi ponderando text. *in d. c. cum M. Ferrariensis.* eo modo inducendo, quo inducit ibidem Bal. colum. 7. dum inquit, quod si fit facta conuentio non recipiendi quempiam in canonicum, vltra destinatum & præfixum quedam numerum, & ita iuratum sit: si deinde accidat, vt ecclesiæ illæ, quib. talis canonicorum numerus præfixus est, augeantur, velle ibidem text. alium non obstante prædicto iuramento, prædicto destinato ac præscripto numero addi posse, ea ratione, quod iuramentum intelligatur, rebus sic stantibus, ac sese habentibus. Et ideo est ibi tex. expressus, quod auctis facultatibus à iuramento excedere licet: Quin immo ibidem subdit Iaf. inspectis verbis Bal. si filia quæ dotem habuit, iuramento renunciauit bonis & facultatibus paternis, si bona deinde & facultates augeantur, tali iuramento non obstante posse dotem, vel dotis supplementum perere. eadem ratione quod iuramentum cõtineat illam clausulam, *rebus sic stantibus*, & ideo esse ibidem text. quod auctis facultatibus à iuramento recedere licet. Hanc eandem conclusionem sequitur Barbat. *in consi. 38. col. 7. num. 13.* vt ibidem refert Iaf. addens prædictis quælibet dispositionem illam à iure restrictionem, videlicet rebus sic stantibus, recipere, vt ex prædictis manifeste apparet, subdens Butrium *in c. cum P. Gausfredus, extra de renuncia.* per illum tex. vt supra etiam vidimus, voluisse quod si quis priuatum examen Bononiæ acceperit & iurauerit doctoratum alibi non accipere, tale iuramentum recipere illam restrictionem, rebus sic stantibus, quia ea quæ deinde emergunt, non indigent auxilio, *l. de etate. §. cum ex causa. ff. de interrogat. actio.* & subdit etiam facere illud, quod voluit Ludou. Roman. *in l. qui superstitus. ff. de acquir. heredi.* vbi refert Salycetum post Riccardum de Salycet. dicere in dict. *l. fin. C. de pact.* quod si filia promittat nõ succedere patri secundū dispositionem *c. quamuis de pact. lib. 6.* & id ideo fecit quia pater filios masculos eius fratres habebat, stante huiusmodi pacto iuramento etiam confirmato, si accidat vt stante huiusmodi conuentione filii*

prædicti moriantur, prædictam filiam succedere posse & debere. Et ratio est, vt diximus, quia illud pactum intelligitur, stantibus rebus in vno statu, in quo erant tempore initi & conuenti pacti. Subdit præterea facere illud, quod voluit Bar. *in l. qui seru. ff. de interrog. actio.* vbi dixit, quod si quis cum suo inimico pacem fecerit, & promiserit sub pœna non offendere, quod si deinde ex delicto bannitur, & ex dispositione statuti bannitus impune offendi possit. atamen eo pacto non obstante posse illum offendere, quia rebus sic stantibus intelligendum est. Et infert ibid. Barbat. nu. 15. ad casum nostrum, quod bellum quod indicebatur à Rege contra Ianuæ Communitatem, stante illa communitate, vt iacebat eo tempore quo fuit indictum bellum, secus vero si statum mutauerit. & facit etiam, vt ipse ait, illud quod dixit Ioan. And. in addit. ad Speculat. *in tit. de treug. & pace, quest. penult. & Bald. in l. cunctos populos, C. de sum. Trin. & fide cathol. & facit etiam tex. in §. si. Instit. de satisfact.* & illud, quod in simili habetur, *in c. cum olim extra de consuet. & in c. de his. 12. dist.* vbi ecclesiæ inferiores regi debent & gubernari secundum consuetudinem & ius ecclesiæ metropolitane.

Pariter etiam abolito titu. Regis, aboletur quoque vigor & titulus suæ legis. Vnde dicimus leges Longobardorum in causis pro legibus allegandas non esse, quia gens illa & regimen eorum est abolitum. Vnde ex prædictis infertur, quod mutato statu, non dicitur amplius eadem res, propter quæ iuramentum præstitum fuit. Vnde cum ciuitas Ianuæ deinde effecta esset iurisdictionis Regis Francorum desineret esse inimica. Idem præterea voluit rursus Barbat. *in d. consi. 36. col. 13. num. 26. volu. 2.* de conductione loquens, cum ab altero non seruatur illud, quod promissum est: & ideo tunc quia res esse & stare in eodem statu non videtur: merito vt iuramentum non ardet, cocludendum existimat.

C A P. CCV.

A R G V M E N T V M.

Iuramentum super præteritis tantum operatur. Axioma per casus discussum.

S Y M M A R I A.

- 1 Iuramentum respicit præterita tantum, non autem futura.
- 2 Iuramentum obseruandi statuta respicit statuta tunc existentia, non quæ deinde facienda sunt.
- 3 Debitor capi potest etiam pro debito ciuili, si post contractum superueniat noua causa inopie & suspicionis.
- 4 Iuramentum ad causam recenter superuenientem non extenditur.
- 5 Iurauerit si forte licentiatus non accipere doctoratū, nisi in quodam studio. si deinde efficiatur alibi licentiatus, ibi doctoratum accipere potest.
- 6 Iuramentum ad incognita, quando extendatur.
- 7 Renunciatio iurium, quod ad incognita non trahatur.

Quoniam prædictis plurimum conuenire videtur quod iuramentum præsentia tantum respici-

respiciat, non futura: merito huiusmodi conclusionem aliquibus prosequemur & comprobabimus, prout eam quoque firmavit Quintil. Mandos. in 3. *Regula cancellaria, q. 6. nume. 14.* dum inquit quod iuramentum seruandi statuta ea tantum statuta respicit, quæ tunc extant, non autem quæ deinde fierent, *c. clericis, & c. quemadmodum, extra de iureiur. & tradit Card. Alb. in l. edita, num. 11. C. de eden. per tex. in c. penult. extra de iureiur. & dicit tradere Bar. in l. fin. C. de vend. re. ciuit. lib. 11. vbi limitat dicendo, quod quandoque iuramentum præstitum comprehendit illud, de quo tunc agitur: & tunc procedat gloss. ibi. Quando autem iuramentum præstitum super alio interpositum fuit, & tunc non valeat illud dictum, *promitto vel dico sub virtute præstiti iuramenti*, vt habetur in *d. c. penul.* Illud autem, quod in hac questione dicitur, intelligitur quando simpliciter iuratur: Verum si de futuro concipiatur, quia obligat in futurum, continet conditionem de possibili. Aliquando habet tacitum modum, vt inquit Bal. in *c. iuravit, num. 1. extra de proba. per tex. in l. quero. §. inter locatorem ff. locati.* Vnde Rota in *deciso. 1. de iureiuran. num. 2. in nouis. alias deciso. 294.* inquit, quod licet quis iuret tempore suæ receptionis in canonicum seruare statuta & consuetudines laudabiles ecclesiæ, & deinde à Papa impetret aliquas portiones seu præbendas contra consuetudinem illius ecclesiæ, non censetur periurus, & valet huiusmodi impetratio, si ex aliqua superueniente causa impetret, propterea quod in quolibet iuramento intelligitur, vt *supra diximus*, si res in eodem statu permanerit. *d. c. quemadmodum, extra de iureiuran.* Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Franciscus Marci in *decis. 503. numer. 5. volumi. 2.* inquit, ex noua superueniente causa posse contraueniri iuramento. Rõ autem est, vt ipse inquit, quia iuramentum plures tacitas condiciones continet: & inter ceteras, si res in eodem statu permanerit. subdit præterea ad hoc optime illud facere, quod habetur in simili, quod vbi post contractum noua inopia causa superuenit ac fugæ suspitio, debitor capi potest etiam pro debito ciuili. *l. ait prator. §. si quis debitorem. ff. de his, qua in fraud. cred. alien. & tradit Bart. in l. si ventri. ff. de priuileg. cred. & gl. & Ang. Are. & Ias. Insti. de actio. in prin. facere etiam ad hoc ait ea, quæ habentur in *c. cum inter, extra de renuncia. & in c. clericis, extra de iureiura.* vbi habetur, quod iuramentum non extendi ad causam nouiter superuenientem, sed solum subsistente causa contractus. Et ratio est de qua *supra diximus*, videlicet, quia iuramentum ad incognita & incogitata non extenditur, vt voluit gl. quæ sequatur Doc. ibidem. & Imola in *d. c. cum contingat. in 7. membro prin. extra de iureiur.* & ideo inde referunt, quod si fortasse quispiam aliquem non offendere iurauerit, & huiusmodi promissionem iureiurando confirmet eam promissionem, nisi superueniat noua causa inimicitie, intelligendam esse, vt dixit Barto. in *l. aut facta. §. causa, de pœnis, & habetur in d. l. quero. §. inter locatorem ff. locati.* Vbi etiam habetur, quod quando licentiatuſ iurat non accipere doctoratum, nisi in quopiam studio, puta Bononiensi, vel Patauino, Pisano, vel Perusino: si deinde iterum fiat licentiatuſ in aliquo alio studio, ibi omnino, vbi licentiatuſ est, doctoratũ accipere posse iuramento non obstante, vt dixit Imo. & Panor. in *d. cum inter, extra de renunc.* prout de prædictis su-**

pra diximus. Præterea hanc conclusionem, quod iuramentum non extendatur ad ea, quæ deinde accidunt voluit Gozad. in *confi. 32. num. 7.* per ea, vltra prædicta quæ voluit Abb. in *c. petitio, in fi. extra de iureiur. & Bar. in l. qui Roma. §. duo fratres ff. de ver. ob. & tradit Soc. sen. in *confi. 80. nu. 13. vol. 1.* dum inquit, iuramentum excludere nullitate ex causa de præfenti, iuxta tempus initi iuramenti ob id quod iuramentum refertur ad illud tempus. At secus si nullitas resulter ex causa superueniente ex post facto & præfesto iam iuramento, vtputa quia insinuatio secuta non sit. Sed de hac insinuatione quando iuramento confirmetur, suo loco dicemus. Pariter etiam exemplum poni potest in gabella non soluta, iuxta formam statuti actũ ob non solutionem gabellæ annullantis. & hoc inquit ponere Burr. & Imo. in *d. c. cum contingat**

Hæc autem conclusio primo loco limitatur, quotiescunq; prædicto statuto de insinuatione loquẽti renunciatur. Sed de hoc quoq; suo loco dicemus. Præcedentẽ tamen conclusionem sequitur Curt. iun. in *l. 1. num. 47. C. de pact. per ea quæ voluit Alex. in *confi. 189 summi Redemptoris, col. 4. vol. 2. & rursus idem voluit Curt. iun. in l. edita, nu. 223. C. de eden. & August. Berous in *confi. 148. n. 9. vol. 1. & rursus idem Berous in *confi. 281. iuris exceptionem non tollere, quæ nondum contigerat, iuxta vnus illius tex interpretationem vel iuxta aliam, quia non credebatur. Præterea quod iuramentum ad futura non trahatur, tradit Bald. in *c. clericus, nu. 1. extra de iureiuran.* vbi loquitur de quodam clerico, qui statuta ecclesiæ seruare iurauerat, & deinde conditum est nouum statutum, quod tamen ille clericus non seruauit. & stante tali specie respondet illud quod promissit seruare debere, sed per illa verba promissionem iuratam non esse, & ideo iuramenti vinculo non teneri. hoc tamen ad propositum nostrum facere non videtur, sed ad aliud de quo infra, an possit iurari referendo se ad iuramentum iam præfesto. Videtur tamen prædictam conclusionem impugnare tex. in *l. qui ad stipulatum. ff. de seruit. vrb. prad. & ideo ibidem Castren. nu. 5. inquit verba indefinitè prolata tam præfentia quam futura verba comprehendere. Quomodo autem id intelligendum sit, refert se ad ea quæ dixit Cynus in *l. neque modus. C. de seruitu.* dum inde infert ad eum, qui iurauerit seruare statuta, an tale iuramentum ad statuta deinde condita extendatur. & refert se de hoc ad Dynum & Barto. in *l. si stipulatus. §. cum stipulamur. ff. de verb. oblig.* Præterea hæc eadem de re August. Berous in *cap. 1. num. 47. extra de constitut.* infert ad donationem eo modo & conditione, vt reuocari non possit si cuiusvis ingratitudinis gratia: quandoquidem non obstante iuramento in ea appposito reuocari potest ob futuram ingratitudinem superuenientem, & ratio est ne detur materia delinquendi: Et ideo si in donatione dictum sit non posse reuocari alicuius ingratitudinis causa etiã futura & superuenientis, huiusmodi pactũ nõ subsistit, quatenus futurã cõcernit: sed de præterita intelligendũ esse, per prædicta. Et id inq̃ valde notandum ad eorũ declarationem, quæ habentur. Præterea circa prædicta animaduertendum est quod iurans non alienare ea, quæ sunt de mensa, intelligitur etiã de illis iurare, quæ deinde quaruntur mensa, vt dixit Imo. in *c. vt super, de reb. eccl. nõ alien.* & ibidem tradit quoq; Hostien. & rursus idem Imola in *d. cap. clericus, nume. 1. extra de iureiuran.* vbi inquit*****

inquit notandum ex eo tex. quod iuramentum de seruandis statutis ecclesiæ, intelligitur de illis statutis, quæ tempore iuramenti existunt, non autem de eis quæ deinde condita sunt. & ideo inquit facere illud, quod habetur in *l. si ita quis, de auro & argen. leg.* Præterea ultra prædicta Abb. in *c. cum inter P. nu. 7. cum sequ. extra de renun.* inquit iuramentum non extendi ad ea quæ tunc in esse, *d. cap. clericus extra de iureiu.* prout etiam dicitur de rescripto, quod sane ad postea creata non extenditur, vt habetur in *c. fin. extra de rescrip.* prout etiam de transactio. quæ vt dicunt Doct. ad incognita non extenditur. *l. si de certa, C. de transac. prout de ipsa transactioe suo loco dicemus.* Idem quoque dicitur de exceptione rei iudic. vt nõ comprehendat nouam causam *l. habebat, ff. de instit. acti. & c. aduersario, extra de except. rei iud.* Pariter etiã inquit iuramentum ad ius nouitèr inductum Pontificis auctoritate non extēdi. Idem q̄ iuramentū super dispositione interpositum restringatur, nisi noua causa superueniat, est tex. *d. c. 2.* Vnde per illū tex. dicunt Butr. & alii licentiatum ex forma statuti qui vt supra diximus, alibi non accipere Doctoratū iurauit, si tamē pestis superueniat, vel alia iusta causa. & alibi accipiat, à reatu periurii excusari. Hoc idē confirmat quædam additio ad Abb. in *d. c. 2.* per illud, quod singulariter dixit Sal. in *d. l. fin. C. de pac.* dū inquit, quod si filia fratribus viuētibz iureiurando patri suo promittat doti sibi datæ acquiescere & quod ei non succedet, vt notatur in *cap. quamuis, extra de pact.* si deinde accidat vt ipsi fratres moriātur, prædicto iuramento non obstante succedere omnino patri suo posse. & ratio est, quia hic notus casus exceptus intelligitur, arg. *l. iubemus, C. ad Senatus. Velleia. & refert Lud. Rom. in l. pactum quod dotali, C. de collat. & in l. qui superstitis, ff. de acq. hered. & Abb. in c. ex tenore, extra de for. comp. & iterum Lud. Rom. in conf. 22. proposita.* vbi habetur, quod si vir deinde bona emphyteutica non petere iureiurando promittat, si noua causa superueniat, vtputa quia superior emphyteusim fortasse reuocauerit, talia bona emphyteutica petere posse, vt habetur in *c. 2. extra de renunc. in fi. & in l. patronus, ff. de bon. liber.* Id tamen limitatur, nisi ille renunciasset iuri competenti & competituro, vt inquit Rom. in *d. conf. 22.* Et etiam alia additio ad *d. c. 2. extra de renun.* quæ vult, vt regulariter renunciatio ad ius futurum non extendatur & ideo dixit Inn. in *c. cum venisset extra de testib.* iurium renunciationem in causa principali ad causam appellationis non extendi, etiã q̄ simpliciter cōcepta sit, nisi id expresse agatur. id quod voluit etiã Bal. in *l. 1. C. de fide instru. & Bar. in auth. qui semel, col. 4. vers. Quæro, vtrū renun. C. de probat. & voluit Spe. in tr. de renun. & in ea. col. vers. hoc etiã facias.* & ideo dixit Bart. in *l. mater decedens, ff. de inoffi. testam.* renunciationem

6 ad ignorata non extendi, nisi expresse ꝑ dicatur, vt etiam ad incognita extendatur. id quod voluit etiã Ang. in *l. qui iure militari, ff. de testam. milit. & in l. sicut certi, C. eod. tit. & Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verb. oblig.*

Quinimmo renunciatio de futuro, nisi aliud dicatur de iure in futurum cōpetente, tamen ex causa de præterito intelligendam esse, secundum Bar. in *l. post emancipationem, §. illud, ff. de liber. lega.* & rursus idem voluit Bart. post gl. in *l. quod Seruius, col. 2. ff. de condict. ob cau. & in l. Aurelio, §. Caius, colum. 8 ff. de*

liber. lega. & in l. emptor, §. Lucius, ff. de pact. & in leg. qui cum tutoribus, in vers. ex hoc dico, ff. de transact. & in l. si vxor, §. Diuus, ff. de adul. id quod voluit etiam Bald. in l. postquam liti, col. 3. quæst. 1. C. de pact. & in l. pactum, q. 13. C. de collat. Præterea, quod renunciatio ꝑ iurium 7 ad iura cogitata non extendatur, tradit etiam Castren. in *conf. 72. viso puncto superscripto, colum. penul. & facit illud etiam ad rem nostram, quod dixit Bar. in l. 1. in prin. ff. de curat. bon. dan. & Alexan. in l. sed & si quis, §. quæstum, ff. si quis caut.* Præterea notandum est illud, quod dicit Bart. in *d. l. quod Seruius, in fi. ff. de condic. ob cau.* vbi etiam plene tradit Alex. quod iurium renunciatio, quod quis habet vel habere posset in aliqua re, intelligitur rebus sic stantibus. & ex causa de præsentī, nec extendi ad ius futurum. & idem dixit etiam Alex. in *conf. 39. vol. 4.* vbi etiã ponit nunquam intelligi renunciatum iuri futuro, etiam si reciproco, nisi de iure quærendo, & sic futuro fiat expressa mentio. Præterea hanc conclusionem sequitur etiam Fely. in *c. ex insinuatione, num. 5. extra de simo.* vbi ultra prædicta infert ex notatis per Card. & Imol. in *d. c. inter P.* quod rumpens pacem ex noua causa non incurrit in pœnam vel pericurium, vt voluit etiam Anch. in *c. nullus, de elec. in 6. & Fely. ibidem num. 6.* subdit ultra notata ibidem à gl. quod priuatus omni iure collegii si restituitur, primum locum non recuperat. & ita inquit notabiliter velle Bart. in *l. 2. per illum tex. ff. de decur.* & id præsertim procedit, quando accidit propter delictum: & facit etiam, vt ipse inquit, tex. in *c. mandamus, 19. quæst. 3.* vbi vltimo loco in choro sedet. Id autem quatenus facit ad rem propositam, aliquas patitur limitationes.

Et primum, nisi sit à collegio simpliciter amotus, vt inquit Bar. *ibidem, & Imola in c. ex transmissa, in vlt. notab. extra de renun.*

Secundo vero loco limitatur, nisi absit motu proprio: quia quandocunq; reuersus locum suum recuperat, vt inquit Anch. in *c. cum aliquibus, de rescrip. lib. 6. per tex. in l. filio, quem pater, ff. de lib. & posthu. sibi, non translatus sed redditus videtur.* Id autem verum est nisi plenissime in integrum restituitur, vt probatur ex eo quod notat Card. in *c. quia diligentia, extra de elec. & in conf. 104.* dum inquit, quod licet restitutus ab exilio bona à fisco alienata nõ recuperet: secus tamen esse, si huiusmodi verba, non obstante aliqua restitutione, apponantur. & idem inquit firmasse Saly. in *l. si, C. de sent. pass.* & idem etiam voluit Bolog. in *auth. habita, n. 360. C. ne fil. pro patre.* inquit quod si scholaris iurat seruare statuta, & deinde alia, & quidem noua statuta fiunt, satis est si iam facta seruent spretis antiquis, ita vt non obseruando noua periuri non fiant, etiam quod statuta seruare iureiurando promiserint. Si vero iurauerint seruare contenta in statutis, periuri fient, vt voluit Bal. in *pralud. feud. col. 4.* quem refert & sequitur Barb. in *c. 1. col. 9. vers. capio nunc secundam gl. extra de confit.* & idem notat Imola in *c. 2. extra de spons.* inquit non esse periurium illum, qui contrafacit statuto capituli, si sit sublatū. & idē quoq; dicit in *c. 1. extra de iureiur. & Abb. in c. 1. extra de his, qua sunt à maio. par. cap. & in c. dilectus, col. pen. extra de preben.* patiter inquit, q̄ si talia statuta sint iurata, & ille iurauerit ea obseruare, teneatur ad eorū obseruantia. dato q̄ illa statuta essent reuocata: q̄ reuocato statuto iuramentum prædi-

prædictum reuocatum non dicitur, quod in ipsis statutis comprehenditur, vt dixit Gem. in c. cum ali-
quib. in 2. not. ab. de rescrip. lib. 6. id quod comprobatur
ex iis, quæ dixit Io. And. in c. 1. in 6. in nouella. & est gl.
quæ pro singulari refertur, in c. cum non deceat, in gl.
fin. de elect. in 6. Quærit etiam eod. in loco Bologn.
nu. 361. an si quispiam iurauerit obedire rectori, te-
neatur etiam futuro rectori obedire? In qua quæ-
stione inquit, distinguendum hunc in modum: Aut
enim inquit ipse, iurans concepit iuramentum cir-
ca dignitatem. vtputa si fortasse dicat, iuro obedire
rectori: & tunc transeat in successorem: aut expref-
sit nomen rectoris, & dixerit tali rectori, & tunc
non transit, prout in eisdem terminis dixit Abb.
in c. veritatis, col. 2. extra de iureiur. & inquit posse etiã
dici Doctorem ob huiusmodi iuramentum, etiam
quod iurans nollit, vt inquit Barb. in c. ex literis, in fi.
extra de confit.

Contrariam vero opin. sequitur Dec. in l. condi-
tioni, C. de pact. dum inquit renunciationem vi iura-
menti ad ius futurum porrigi posse, per ea quæ vo-
luit Cyn. in l. is qui heres. ff. de acq. hered. quem refert
& sequitur Alex. in l. sed & si quis. §. quæsitum. col. 1. ff. si
quis cauit. & rursus idem Alex. in d. l. is qui heres. con-
trarium tamen videtur concludere Dec. ibid. n. 29.
& ratio est, vt paulo ante diximus, quia actus natu-
ram retinere videtur: & ideo cum renunctio sit
reuocabilis, reuocari potest. Præterea Pet. Duen. in
reg. 79. in ampliatione, inquit tertio loco prædictam
regulam ampliandam esse, etiam si quispiam iura-
uerit seruare aliquod statutum, vel illud statutum:
quãdoquidem si deinde abrogatur illud obseruare
non tenetur, vt dixit Bal. in pralud. feud. nu. 15. cum
statutum correctum, non sit amplius statutum. Cõ-
probatur præterea hæc cõclusio ex iis, quæ habentur
in decis. Pedem. 112. n. 8. & 9. dum vult, vt iuramẽ-
rum non extendatur nisi quatenus consensus extẽ-
ditur, vt dixit Bart. in l. si quis pro eo, nu. 15. ff. de fideiuf.
quem refert & sequitur Ripa in d. l. qui Romæ, §. duo
fratres, nu. 7. ff. de verb. obl. & Soc. in cons. 214. num. 7. &
Paris. in cons. 95. nu. 23. vol. 3. In dubio autem iurans
de futuro sensisse videtur, vt habetur in c. 2. extra de
de renun. & c. pen. extra de iureiur. & tradit Aret. in con-
sil. 24. col. 1. & 2. Vnde etiam in his terminis infer-
tur ad fideicommissum: & inquit quod licet alias fidei-
commissum cum iuramento, prout in principio
illius decisionis habetur: attamẽ præterquam quod
communis opin. esse videtur in contrarium, vt dixit
Paris. in d. cons. 95. num. 26. & nu. 37. vol. 3. & tradit
Rol. à Val. in cons. 13. nu. 27. cum aliis pluribus ab eo ibi-
dem relatis, prout etiam inquit ea quæ in contrari-
um deducuntur procedere, quando apparet con-
trahentes quodcunq; fideicommissum remittere
velle: at secus si simus in dubio, vt puta si quis sim-
pliciter remittat iura, quæ habet vel habere sperat,
propterea quod in eo casu iuramentum illam rem-
issionem non confirmaret, quatenus fideicom-
missum conditionale concerneret, cum ad illud
remissio non porrigatur, vt supra diximus. Si vero
diceretur in materia fideicommissi iuramentum præstitũ,
etiam respectu renunctationis prædecesso-
rum: & ideo de eo cogitatum videatur, imo expref-
sum de fideicommissis prædecessorum. Item etiam,
quod iurans seruare statuta, ipsis sublatis in
periculum non incurrat: secus vero si obseruare

contenta in statuto iuratum sit, propterea quod
in eo casu etiam statuto reuocato in periculum in-
curratur, tradit Ant. Gab. in tract. commu. opin. in tit.
de iureiur. conclus. 5. in 3. limita. vers. & propterea, num.
32. per ea quæ voluit But. in c. 1. col. 4. & pen. extra de
his, quæ fiunt à maio. par. c. & Rebus. in concord. folio.
202.

Contrarium autem, videlicet quod imo idem
sit, si iuretur super statutis, vel seruare statuta, siue
specificè seruare contenta in statutis, tenuit Ge-
min. in c. in his. in fin. 11. distin. & Felin. in c. constitutus,
col. 3. extra de rescript. & idem tenent Lopus. Gemina. 1.
mola & Philippus Franchus in d. c. cum non deceat, de e-
lect. lib. 6. vbi nulla facta distinctione, an iuratum sit
simpliciter super statutis, vel simpliciter contenta
in statuto, aliter distinguunt, quod aut fiat dispositio
à Principe per viam legis, vel aliter: vt puta ad
priuatam vtilitatem, & per particularem disposi-
tionem, non per viam legis, vt ibi latius per eum,
in 4. limitatione.

CAP. CCVI.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

1 Donatio omnium bonorum presentium & futuro-
rum iuramento non confirmatur.

PRædictis satis proxime accedit illa valde dubi-
tabilis conclusio, ¶ an donatio omnium bono-
rum presentium & futurorum iuramento ita vt
subsistat, confirmetur, & opinionem negatiuam,
quod non confirmetur, tenuit Iulius Clarus libr. 4.
senten. in §. donatio. q. 20. cum enim huiusmodi do-
natio liberam testandi facultatem contra bonos
mores auferre censeatur, merito vt iuramento nõ
confirmetur, dicendum est, vt inquit Bar. in l. stipu-
latio hoc modo concepta, nu. 3. ff. de verb. obl. & hanc cõ-
clusionem inquit firmare communiter omnes Do-
cto. vt dixit Guid. Pap. 214. nu. 15. & Bertr. in cons. 186.
nu. 1. vol. 5. & hanc conclusionem dicit etiam magis
communem esse Dec. in l. pactum quod dotali, nu. 1. &
seq. C. de pact. quem refert Grat. in cons. 19. num. 12. vol. 1.
Ripa lib. 3. respons. c. 14. nu. 2. & Cur. iun. in l. si. nu. 57. C.
de pact. quem refert Episcopus Loax. es in suis allegationib.
pro Marchione Velez fo. 211. nu. 42. & Didac. Couar. in
rub. de testam. in 2. par. n. 4. & Cagn. in d. l. si. nu. 220. &
Soc. iun. in cons. 44. n. 35. vol. 2. & Crau. in cons. 139. cum
seq. & Duenas in 219. in 2. ampliatione. Præterea hanc
eandem conclusionem sequuti sunt Mag. D. in Ro-
ta Pedemontana 110. nu. 41. concludentes iuramen-
tum appositum in donatione omnium bonorum
presentiũ & futurorum non efficere, vt saltem re-
spectu bonorum presentium subsistat, vt est cre-
brior sententia, de qua loquuntur Doct. in l. stipula-
tio hoc modo concepta. ff. de verb. obl. His stantib. ratio
ambiguitatis, de qua meminit Aqueusis, locum ha-
bere potest etiam respectu presentium: quorum
quidem si donatio solũmodo facta esset, iureiu-
rando confirmata esset. Non videtur etiam ob stare
illud, quod dixit Bar. in l. fin. nu. 11. & Gozad. in consil.
89. Quia Bar. & Gozad. de bonorum promissione
post mortem loquuntur. quæ quidem iuramento
confirmatur: at secus est in pacto de succedendo à
iure improbatõ, & quidẽ iuramento per prædicta nõ
confir-

confirmatur. Ex quo enim iuramento non confirmatur, si interpositum fuerit, utique inutile est, & pro non appposito habetur, argum. *l. non dubium, C. de legib.* Illud tamen animaduertendum est, Hiero. Grat. in *confi. 70. n. 25, 26. & 27. vol. 1.* contra prædicta velle iuramentum donationem omnium bonorum præsentium & futurorum saltem quo ad bona præsentia tantum confirmare: & inquit ira consuluisse Aretinum in *confi. 54. in fine*, & subdit ita intelligere recentiores in tract. de iureiur. & id fortasse est illud, quod voluit Alex. in *l. dotis, colum. 5. ff. sol. mar.* dum inquit ex opin. Doct. in *d. l. fi. C. de pact.* donationem prædictam saltem quo ad præsentia valere, & eam opinionem ipse quoque sequitur. & licet Doc. in *d. l. fin. velint* huiusmodi donationem non valere, etiam quod iuramentum accesserit: tamē quin quod quo ad præsentia tantum subsistat contradicere non videntur, sed loquuntur quo ad præsentia & futura. Id autem ut inquit Grat. eod. in loco, probatur tam ex verbis, si diligenter considerentur, quam eorum ratione, dum inquit, ideo non valere, quia iuramentum non obligat, ex quo bonis moribus repugnat, & libera testandi auctoritas auferretur. *c. non obligatorium, de reg. iur. in sexto.* sed huiusmodi ratio cessaret, si quo ad præsentia subsisteret, quia ut existimant illimet Doct. testari possunt: merito cum nos de præsentibus loquamur, casui nostro non contradicunt: quin imo casum nostrum admittunt, id quod videtur etiam ex eo comprobari, quod ut infra latius suo loco dicemus, iuramentum efficit & operatur, ut actus super quo apponitur, valeat eo modo quo potest. *l. cū pater. §. filius matrē. ff. de l. 2. & tradit Bar. in l. si quis in princ. testamenti, ff. de le. 3. & iterum tradit Bar. in l. si quis pro eo, in 8. membro, ff. de fideiuss. & ibidem de his latius per eum, & latius nos suo loco dicemus.*

Est etiam, quatenus pertinet ad prædictam conclusionem, ad illud animaduertendum, quod dixit Aug. Bero. in *c. in præsentia, nu. 98. extra de prob.* dum inquit, quod ex quo donatio valere non potest eo modo quo facta est. sc. inter viuos, & uti simplex & pura donatio, valeat saltem eo modo quo fieri tunc potuit talis donatio omnium bonorum tam præsentium quam futurorum ob illam clausulam, quæ continet ipsum iuramentum, & ideo subsistat, vel ut donatio causa mortis, quæ eo modo valere potest, cū in eo casu cesset illa ratio publici iuris, quo ad impediendam testamenti factionem, propterea quod tunc hæres institutus saltem Falcidiam habere poterit, quæ debetur ex donatione causa mortis ut declarant & alii in *l. in quartam, ff. ad l. Falc.* Quod autem donatio causa mortis ita valeat, prædicta ratione voluit, ut ibid. refert Berous, Alex. post alios in *dicta l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. oblig.* vel saltem ob clausulam illam subintellectam, videlicet ut intelligatur donatarius iure fideicommissi grauatū, & sic veniens ab intestato, ut habetur in *l. consciuntur, in princ. ff. de iure codic.* Intellige tamen, ut arbitratū Berous ibidem, dummodo in ipsa donatione legitimus testium numerus interuenerit, qui conueniat tam fideicommissio quam donationi causa mortis, ut habetur in *l. fin. C. de dona. cau. mort. & in d. l. fin. C. de codic.* subdit tamen, rationibus ab eo deductis non obstantibus, de hoc esse cogitandum.

CAP: CCVII.

ARGVMENTVM.

Iuramentum mutuū sine perurio potest frangi, vbi altera pars fregit.

SVMARIA.

- 1 Iuramentum nihil operatur, vbi altera pars non obseruat disposita in contractu iurato.
- 2 Iurans seruare contractum, intelligitur illum velle obseruare, si sibi ab aduersa parte obseruetur, alioquin illum obseruare non tenetur.
- 3 Milites duo si iureiurando pacem facere promittant & eam iuramento firmauerint: si vnus pacem frangat, & alterum aggrediatur & vulneret, cessat causa duelli.
- 4 Pacem si duo ineant, & illam sub aliqua pœna seruare promittant, & eam non frangere: si deinde eam frangant, qui eam primus fregit, ab eo accusari posse qui eam secundo loco fregit, non autem primus eum accusare poterit, qui eam secundo loco fregit.
- 5 Iuramentum inter ceteras condiciones eam continet, si iuranti fides seruetur.
- 6 Iuramentum non seruanti fidem seruandam non esse.
- 7 Conuentionis fidem non seruans, eius emolumento priuandus est.
- 8 Iuramentum si duo inuicem frangunt, nemo est periurus.
- 9 Iuramentum prius adimplere quis teneatur.

Conuenit etiam prædictis, quod iuramentum non releuat, nec quicquam operatur, si ab altera parte non obseruentur ea, quæ in contractu iurato continentur, ut inquit Iulius Ferret. in *confi. 21. n. 2. vol. 1.* Nam iurans seruare contractum, intelligitur illum velle obseruare casu, quo sibi obseruetur, alioquin illum obseruare non tenetur. Et ideo infert ad duos milites, qui pacem inuicem iniierunt, & eam iureiureiurando firmauerunt, si accidat ut alter pacem illam frangat, alterum aggrediendo & vulnerando, ipse pacem rupisse dicitur, & ideo inquit duelli causam cessare. *l. quæro. §. inter locatorem, ff. loca. vbi tradit Bart. & in l. cum pater liberis, ff. de lega. 2. vbi infert Bart. ad huiusmodi questionem, quod si duo pacem iurent, & eam sub aliqua pœna seruare promittant, & eam non frangere, si deinde eam frangunt, illum qui eam prius fregerit, posse ab eo accusari qui eam secundo loco fregit, non autem eum qui primo loco fregit, eum accusare posse, qui eam secundo loco fregit, & sic non primus secundum. Hanc præterea conclusionem sequitur Corneus in *confi. 101. nu. 15. vol. 1. per text. in c. peruenit, & in c. sicut, extra de iureiuran. & per glo. in c. quemadmodum, eod. titu. & firmat iterum idem Corn. in *confi. 121. u. 13. in eodem vol. primo*, dum inquit, iuramentum inter alias tacitas condiciones eam quoque habere, si iuramenti fidem non seruat, contractum seruare iurauerit, & eo tempore quo iurat, sit minor 25. annis.**

Præterea, quod iuramentum non seruanti fides seruanda non sit, tradit etiam Alciatus in *capitu. cum contingat, num. 101. extra de iureiurando*, argumen-

gumento eorum quæ dixit Bald. in l. fin. C. de non nu. pec. Item quod si quispiam iureiurando aliquid dare, vel facere promiserit, & e contra quoque alter dare vel facere aliquid promittat, si vnus alteri iuramentum non seruet, alter quoque non seruanti illud seruare non teneatur, tradit Imola in ca. peruenit. num. primo. extra de iureiur. & si aliter, si quis iuste impeditus adimplere non possit, dicendum fit, vt dixit Abb. in c. sicut nu. 6. extra de iureiura. & facit etiam illud, quod notatur in l. 1. in fi. ff. loca. & in l. si non fuerit. ff. de non num. pecun. & in fin. ff. de emptio. & vendit. & in l. Iulianus. §. offerri. C. de transactio. & in l. scire quod acta. ff. de rescin. vend. & in l. 1. & illud quod ibi notatur. ff. de pact. & ideo si iurasti dare mihi centum, & e contra ego iuravi dare tibi equum, si non seruetur id quod promissum est, ego non deiero. Præterea eandem opinionem sequitur Brunus in conf. 117. num. 83. in vol. consilio feudal. diuers. per tex. in l. cū proponas. C. de pact.

Vbi inquit Dominum teneri seruare eandem fidem vasallo, quam vasallus domino seruat, & tradit etiam Afflict. in c. penult. in tit. de forma fidelita. & notantur in c. 1. in tit. de noua forma fidelita. vbi gl. inquit iuramentum non obligare, si iuranti fides non seruetur, prout notat etiam Aluarot. in §. nec alia. ibi, quia graue est fidem fallere, in titul. qua fuit prima cau. 7 beneficii amittendi. Et qui non seruat fidem ꝑ conuentionis, eius emolumento priuandus est, vt est tex. in c. esto subiectus, quem tex. deducit Afflict. in d. c. 1. in tit. de noua forma fidelita. Præterea eandem opinionem sequitur Ias. in l. duobus reis. §. idem Pomponius, nu. 16. ff. de iureiur. vbi expresse inquit, quod si duo inuicem ꝑ iuramentum infringunt, neuter periurus efficitur, c. 3. & ibi ad hoc notat Bal. extra de iureiuran. Item hanc conclusionem sequitur Barb. in conf. 36. col. 14. vel 15. nu. 8. vol. 2. & adducit vltra prædicta tex. in c. si Deo placuerit, 22. q. 2. & rursus idem firmavit Barb. in eodem conf. col. 13. num. 26. & ratio est, quia quando quis id quod debet non facit, id non recipit quod sibi debetur, vt dicitur in auth. dos data C. de donatio. ante nupt. & id colligit ibi Bald. & refert ad hoc illud, quod habetur in l. si non fuerit. ff. de iureiur. & inquit etiam facere illud, quod habetur, in c. 1. de forma fidelit. in vsb. feud. dum ibi habetur, vt supra diximus, quod si vasallus Domino fidelitatem iurat, tenetur Dominus etiam ipsi vasallo econuerso fidelitatem serua, propterea quod in quibuscunque casibus vasallus Domino fidelis esse debet, alioquin Dominus infidelis dicitur. Præterea inquit (vt eius verbis vtamur) vasallum posse dominum diffidere, quod per proprietatem feudi procedere debet: Vnde inquit ibidem Bald. id esse mirabile, & rursus ibidem idem inquit Bald. vnde infert Barbatius, quod si conductores volunt commendatariū eis iusiurandum seruare, oportere & ipsum quoque illud seruare, quod de iure seruare tenetur, vt latius ibidem Barbatius prosequitur.

Præterea hanc eandem conclusionem sequitur Augustus Berous in consilio 4. numero 52. vol. 1. Addit etiam prædictis Nicol. Bellonus in consilio quadragesimoquarto. numero quarto, ideo eum de quo ibi, non posse vii beneficio dationis in solutum, quia iuravit, & id quod iuravit, non seruauit, vt est text. in l. si quis maior. cum materia. Cod. de transact. & idem quoque firmavit Corne. in consilio 102. nume. 13. vo-

lum. 1. vbi infert ad donatorem, qui donationem reuocare potest, si donatarius ea quæ ei promissa sunt, non seruet, & non obseruando, in periurium non incidit.

Eandem quoque conclusionem sequitur Ioan. Maria Riminal. in consilio 222. nu. 11. vol. 2. vbi vult, vt si emptor venditori conuenta non seruet hæc per iuramentum promissa, vt puta quia mense Maii florenos centum sexaginta soluere teneatur, & illos non solum tempore conuento non soluerit, sed etiam elapsis deinde multis, ita vt dubium non sit iureiurando contrauenisse: in eo casu inquit venditori licere etiam impune promissioni contrauenire posse, & si ipse ea iureiurando promiserit, vt est tex. in d. l. cum proponas. C. de pact. Item hanc conclusionem sequitur Ceph. in consilio 241. nume. 114. volum. 2. vbi inquit dominum in eo vim facere non posse in iuramento fidelitatis in inuestitura contento, quam ipse non seruarit, vt est text. in leg. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & in l. adiles. §. fin. ff. de adil. edic.

Illud præterea, quatenus pertinet ad rem propositam, animaduertendum est, Albericum de Rosa. in l. frustra sibi. num. 2. ff. de reg. iur. de huiusmodi quæstione dubitasse: vtputa si Titius iuret dare 10. Seio, si fortasse Seius e contra ei Stichum dederit: vnde stante huiusmodi specie quærebat, ꝑ quis eorū prius promissa adimplere teneatur? & inquit Ioannem in d. l. existimare, eum teneri, qui prius requisitus fuerit, per tex. in c. peruenit, extra de iureiuran. tum etiam quia ibidem dicitur promittentem teneri, si constat alterum conditioni non paruissse: id autem constare aliter non potest, nisi requisitus non seruauerit, ergo, &c.

Subdit præterea, eum qui petit prius adimplere debere: illum autem qui sub conditione promissit, alteri non teneri, nisi conditio impleatur, §. ex conditionali. Instit. de verb. oblig. Oportet igitur eum prius adimplere, si petere vult, ex quo alterius nulla est mora: & ideo ex consequenti nulla petitio. l. si pupillus. ff. de verborum obligas. & ibidem inquit Alber. optime facere tex. in d. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & illud etiam, quod ibidem notatur: ac etiam illud, quod notat idem Ioan. in cap. cum cupientes, extra de elect.

CAP: CCVIII.

ARGVMENTVM.

Iuramentum an faciat, vt creditores contra debitorem vniuersis bonis exspoliatū possint ad vltiora procedere. Et an iuramentum excludat doli exceptionem.

SUMMARI A.

- 1 Spoliato omnibus bonis, quod iuramentum non impedit progressum ad vltiora.
- 2 Iuramentum, quas exceptiones tollat.
- 3 Iuramentum, an impedit illam exceptionem oppo- ni, dolo facis.

Facit etiam ad rem propositam, ꝑ ex quo spoliatio omnium bonorum debitoris impedit credito-

ditoribus progressum ad vltiora, prout solus Panorm. in c. olim, il. 2. extra de restit. spol. ex consequenti tenuit, spoliatum ex tali exceptione audiendum non esse; attamen quicquid dixerit Panormit. eodem in loco, contraria opinio tenet contrarium, prout in primis tenuit Anto. à Butrio in d. ca. cum olim. ita declarans tex. in c. frequens, eodem titul. in 6. & antea Specul. in tit. de citatio. §. primo, versicu. item quod est spoliatus. & Angel. in recollectis suis, in l. si te bonis. C. de iure deliberan. & idem voluit Ioan. Andr. in d. c. cum olim, in fine, & Ang. in l. si marito quondam, C. de donat. inter virum & vxor. & late Ioan. Pet. in dicta l. si te bonis, C. de iure deliber. & idem ante eos firmarunt Innocen. & Abb. in cap. nouit, extra de appellat. & ideo dixit Ioan. Fabri in §. fin. Instit. de action. quod si belli causa quis bonis suis spoliatur, æquum & iustum esse, vt eatenus conueniatur, quatenus facere potest, id quod etiam refert & sequitur Ias. ibidem, & refert & sequitur Thom. Grammat. in decis. 85. num. 3. inferens ad illud, † quod de iuramento tractamus, vt scilicet aduersus dictam exceptionem spoliationis iuramentum præstitum à debitore non obstat, vt dixit Ioan. Andr. in c. extra de ord. cognition. ob id quod locum non habeat, vbicunque spoliatio fit subsequuta post iuramentum, vt in specie decidit Imola in d. c. 2. & latius tradit Philippus Franchus in d. capi. frequens ad hoc, in princip. de restit. spoliat. in 6. & Socin. in tract. regul. & fallentia, in regula 225. Subdens etiam ex alio capite periurium euitari, vtputa ex impotentia, & inhabilitate soluendi, cum inhabilitas à periurio excuset, cap. laici, extra de iureiuran. cum similibus.

Verum de hoc, quod inhabilitas & impotentia excuset, infra latius suo loco dicemus, Præterea de prædictis tradit Andreas Barbat. in c. constitutus, numero 23. extra de rescript. & Franc. Marci in questio. 166. numero 3. & Carauita in ritu 166. de rit. magna curia. fol. 166. & Bart. in l. eum qui, §. primo, num. 2. ff. de iureiura. & Alber. in l. duobus, numero 6. ff. de iureiuran. vbi opponit & dicit iuramentum exceptionem interitus tollere & amouere, omnesque alias, & ideo vult vt deferens omnino teneatur, vt habetur in eadem l. §. si mulier, & in d. l. duobus, §. fin. in eodem titul. & l. sequent. Itidem Natta in cons. 54. num. 2. vol. 1. iuramentum exceptionem illam opponi impedire, † videlicet dolo facis, vt habetur in c. debitores, extra de iureiuran. & tenuit etiam Bal. in authent. ei, qui colum. penul. versic. occurrit talis casus. C. de bon. authorit. iudic. possid. vbi de compensatione loquitur. Vide de hoc Salycet. in l. sed & si possessori, nume. 1. ff. de iureiuran. & Guiliel. de Benedict. in cap. Rainutius, in versicu. duas habens, numero 300. in 1. parte. & Abbat. in cap. & si Christus, numero 2. extra de iureiuran.

Additur etiam prædictis, quod si debitor iuret nullam exceptionem obicere: deinde vero superior quinquennii dilationem concedat, posse exceptionem illam obicere, iureiurando prædicto nõ obstante, vt voluerunt Cynus & Salyce. in l. fina. C. si contra ius, & vtilit. public. & tradit Castren. quem sequitur Ias. in l. fin. ff. qui satisda. cogan. Item Paris. in consil. 12. num. 67. volum. 2. pariter inquit iuramentum exceptionem erroris & ignorantie non tollere, vbicunque iurans facti certus non fuit, vt dixit Castren. in consil. 70. viso puncto, colum. fin. versic. Quarto loco, & Decius in cons. 403. col. penul. versic. Quinto po-

test responderi. At idem Decius in consil. 350. numero 2. parte tertia, contrarium tenuit, dum inquit ob vinculum iuramenti errorem & ignorantiam allegari non posse, vt notat gl. in d. ca. ex rescripto, in gloss. penult. in fine. extra de iureiuran. & Abbas ibidem notat illam gloss. & idem concludit Anto. à Butrio in capitu. penultim. in fine, extra de emptio. & vendition. & iterum Castren. in l. fin. ff. ad Senatusconsul. Velleian. & Alexand. in l. sciendum, colum. 8. ff. de verborum obligatio. & rursus idem Alexand. in consilio decimo septimo, ponderatis his, volum. 3. Pariter etiam dixit Augustinus Berous in capit. solita, nume. 46. extra de restitutio. spoliat. inquit iuramentum post spoliationem susceptum de non molestado possessorem, vel de nõ agendo possessorio, seruandum esse. Vnde est, vt de ea contra spoliatum opponi possit ad restitutionem impediendam, vt dixerunt Domini de Rota in decis. 393. alias 398. per ea, que notantur in c. ex insinuatione, extra de procurato. & tradit Innocen. in c. super hoc extra de renunciatio. & gloss. in cap. in summa, 3. quest. 1. ibi, item exceptio iurandi & pacti. & facit etiam tex. in c. peruenit, & in cap. ad nostram, extra de iureiurando.

C A P. CCIX.

Argumentum est in Summario.

S U M M A R I V M.

1 Actus gestus contra iuramentum non faciendi, est ipso iure nullus, etiam si ei accedat iuramentum, & quando id sit verum.

Redeundo iterum ad limitationes, † quando scilicet iuramentum contra iuris communis dispositionem nihil operetur, inquit Docto. vt refert Anto. Gabriel. lib. 2. suarum communium opinionum, in tit. de iureiuran. conclusio. 1. actum gestum contra iuramentum non faciendi aliquid esse ipso iure nullum, etiam si ei iuramentum accesserit, vt inquit Hostien. in c. cum contingat, in fine, extra de iureiuran. & tradit gl. in l. licet mulieres, de iureiuran. lib. 6. vbi idem tenet Archidiac. & Ioan. Monac. & Specul. in titu. de emptio. & vendi. §. tercio loco, colum. 5. versic. & nota generale consilium, & Hostien. in summa in §. quoniam censetur, versic. consilium generale, colum. 4. & Bart. in l. si pradium, C. de iure dot. vbi Salycet. in 2. quest. in fin. & iterum Bart. in l. si quis pro eo, col. 3. versic. tertio dixi, ff. de fideiussor. & rursus Bart. in l. is, cui bonis, in fine. ff. verborum obligatio. & Imol. in l. si extimatis, in fine. ff. soluto matrimon. & Alexan. qui inquit hanc esse communem opinionem in l. duobus, §. si ff. de iureiur. & Fel. in c. cum M. Ferrariensis, colum. penult. in fi. & sequenti, extra de constituti. & Imola in d. l. qui superstitis, col. 1. ff. de acquir. hered. & Ias. in l. nõ solum, §. morte, col. 8. ff. de oper. noui nunc. & in authent. sacramenta puerberum, col. 17. C. si aduers. vendit. & Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 4. & ibi tradit Crotus, col. 1. 4. ff. de verborum obligat. & Ang. Aret. Instit. quib. alien. licet, vel non, colum. finali. & iterum Bald. in consil. 134. volum. 1. & Imola in d. c. cum contingat, colum. 3. extra de iureiur. & idem etiam tenet Domin. à Sancto Geminiانو in cap. licet, in fin. de iureiuran. lib. 6. & ibidem Philip. Franch. colum. 2. & Cassan. in consuetud. Burgund. column. 3. fol. 148. & Ias. in §. Item si quis postulante, colu. tertia. Instit. de actio.

de actio. & rursus Cassaneus in consil. 54. colum. 20. & Decius in l. pactum, quod dotali. colum. 4. limitat. 7. C. de collatio. & Socin. in regula 150. Fallent. 4. & pro hac opinione inquit esse optimum tex. in c. intellecto, extra de iureiuran. vbi dicitur, donationem à Rege factam ideo non subsistere, quia Rex iurauerat non alienare.

Hanc conclusionem tunc locum habere, inquit Ant. Gabriel. eodem in loco num. 3. quando actus, super quo iusurandum apponitur, est actus alioquin illicitus iuris communis dispositione, ita vt iuramentum non faciendi talem actum videatur cum iure communi concurrere, & ita procedat tex. in d. c. intellecto, extra de iureiuran. vbi dicitur non subsistere alienationem factam à Rege contra iuramentum de non alienando, quia etiam de iure communi in regni notabilem diminutionem alienare non poterat, & ita etiam procedat illud, quod notat gloss. in c. licet mulieres. de iureiuran. lib. 6. cum aliis supra deductis. vbi ideo non subsistit alienatio à muliere facta ob id, quod prius res dotales non alienare iureiurando promiserat: quæ quidem gloss. quatenus pertinet ad præsentem conclusionem, communiter recepta est, vt dixit Alexan. in d. l. duobus. §. fina. ff. de iureiuran. & Ias. in d. §. item si quis postulante. colum. 3. Inst. de actio. Hanc præterea declarationem ponit etiam Imola in c. cum contingat, colum. 85. & sequen. extra de iureiuran. & in d. c. intellecto, col. 8. eo tit. & in l. cum vir, col. 9. ff. de vsucapion. & Ias. in d. l. non solum, §. morte, col. 8. ff. de noui oper. nuncia. & Philip. Franc. in d. c. licet mulieres, col. 1. & Imola in d. ca. dilecto, col. 8. extra de præben. & Alexan. in consilio 16. colum. 3. volum. 3. & Abb. in d. c. intellecto, col. 2. & Decius in l. pacta nouissima colum. 2. C. de pact. & Ias. in l. duobus. §. fina. colum. fina. ff. de iureiuran. & Ioan. Anto. Rube. Alexand. in consil. 146. colum. 7. & Fel. in c. si diligenti, col. pen. extra de foro compet. & Cassan. in consuetudi. Burgund. fol. 191. colum. 3. & fol. 377. col. 3. & Ioan. de Selua in tractat. de benefi. in 3. par. quest. 27. & gloss. prag. action. fol. 156. col. 1. & Lud. Rom. in l. alia. §. eleganter. colum. fin. ff. soluto matrimo. & l. duobus. §. fin. in fin. ff. de iureiuran. & Georg. Natta in cap. quamuis, colum. 5. in si de pac. lib. 6. & idem sentit Fel. in c. ex parte Decani, col. 7. extra de testibus. & Decius iterum in l. pactum, quod dotali, col. 4. in 7. limita. C. de colla. & Cassan. in consil. 55. colum. 8. & Aret. in d. l. duobus. §. fin. in fin. ff. de iureiuran. & id inquit fuisse de mente gl. in d. c. licet mulieres. dum inquit primum iuramentum esse licitum, & ideo secundo præiudicare at secus, si primum sit illicitum, & idem voluit ibidem Arch. in fin. & Innoc. in d. cap. dilecto, col. 2. extra de præben.

Subdit tamen eodem in loco Ant. Gabriel. n. 4. hanc declarationem impugnari. At in subsequenti col. ita distingui ait, sed illam distinctionem in idē reuerti inquit. Distinguebatur enim, an primus actus esset licitus, & illicitus. Corneus tamen in d. l. pactum, quod dotali, col. 2. in 8. limitatione ab hac distinctione recedere videtur.

Sublimitat autem ibidem Anto. Gabriel. prædictam conclusionem, quod iuramentum non faciendi aliquid, ad quod non facere de iure tenebatur tunc operatur & efficit, vt actus in contrarium factus non subsistat, tunc procedere & locum habere, vbi quis non sibi tantummodo, sed etiam alteri, cuius interfit iurauerit, vt voluit Bal. in d. l. duobus. §. fin. ff. de iureiuran. vbi tradit etiam Ias. & idem tenet

Bald. in c. veniens, in fin. ff. eod. tit. de iureiuran. & Alexand. in consil. 16. colum. 3. volum. 3. & Ias. in d. l. non solum, §. morte, ff. de oper. noui nuncia. & Georg. Natta in capit. quamuis, colum. 6. de pact. in 6. & Dec. in consil. 53. colum. penult. & in d. l. pacta nouissima. C. de pact. & Croc. in l. stipulatio hoc modo concepta, col. 15. ff. de verborum obligat. & Curt. in consilio 168. colum. 7. & Cassan. in consuetudi. Burgund. fol. 191. col. 3. & Thom. Gramm. in consil. civili 31. num. 13. & sequen. subdit tamen dubitare Alex. in d. l. duobus. §. fin. ff. de iureiuran. E contra vero eam tenere inquit expresse Aret. ibidem, nam iuramentum generaliter præstitum intelligendum est, vt quamminimū potest iurantem obliget, vt dixit Abb. in capit. cum clerici, nume. 4. extra de verbor. signif.

Secundo sublimitat ibidem, num. 6. Anton. Gabriel. vbiunque is, cum quo actus secundus geritur, scit primum iusurandum: alioquin autem si ignoraret, non excluditur à secundo, de quo notitiam non habuit, vt dixit Bal. in consilio 137. col. 1. & Imola in d. l. cum vir, col. 9. ff. de vsucapio. & Alex. in consil. 16. col. 3. vol. 3. & Ias. in d. l. duobus, §. fin. ff. de iureiuran. & Dec. in d. l. pacta nouissima, col. 2. C. de pact. & Georg. Natta in c. quamuis, col. 6. de pact. lib. 6. & Imo. in c. cum contingat, col. 87. extra de iureiuran. & Curt. in consil. 168. col. 7. & Io. Croc. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 14. & sequen. ff. de verb. oblig. & Cassan. in consil. 53. col. 20. & super consuetud. Burgund. fol. 191. col. 3. & est quadam apostilla ad Specula. in tit. de empt. vend. §. tertio loco, ver. & nota generale consilium, & Alex. in apostill. ad Bar. in l. si quis pro eo col. 3. vers. Tertio dixi. ff. de fideiuss. & Ruin. in consil. 66. col. final. vol. 2. & in consil. 118. col. 2. vol. 2. & id inquit esse illud, quod innuit Ioan. Fab. Instit. quib. alien. licet, vel non, col. secunda, dum inquit cautelam tutam non esse, propterea quod contrahentes, & idem habetur in illa apostilla ad Bart. in d. l. si pradium, C. de iure dosium. Subdit præterea Gabriel. eodem in loco, num. 7. quod vbiunque actus, super quo iuramentum interponitur, illicitus non est, sed licitus, & à mera pendet contrahentis voluntate, primum iusurandum non impedire actū deinde gestum, & si illum gerens in periurium incidat, vt declarat Abb. in d. c. intellecto, col. 2. extra de iureiuran. & tradit etiam Corne. in consilio 102. colum. 2. volum. primo.

CAP. CCX.

Argumentum est in Summario.

SUMMARIUM.

Iurans non reuocare testamentum, si illud reuocat, reuocatio subsistit, & an in periurium incidat, vel non.

EX prædictis inferebat ibidem Anton. Gabriel. num. 8. ¶ eum qui iurat non reuocare testamentum, si illud reuocet, talem reuocationem subsistere, & si reuocando in periurium incidat, vt voluit Ioan. And. in cap. quod semel, de regul. iur. lib. 6. in colum. penult. & habetur in addit. ad Specu. in titul. de instrum. edit. §. compendiosa, versicul. quid si quis iurauerit, & in cap. decernimus, colum. fina. de senten. excommuni. in 6. & Petr. de Ancha. in capit. sicut, colum. 1. extra de sponsal. & Boerius in decision. 204. num. decimo septimo, & gloss. in capit. vltima voluntas, 13. quest. 2. & Barro.

in l. si quis in prin. testamenti. col. fin. ff. de legat. 3. vbi disputat de alia quaestione, de qua supra meminimus, an scilicet reuocans in periurium incidat. Et non incidere arbitratur, cuius opinionem sequitur etiam Abbas in consilio 41. colum. 2. volum. 2. & Bal. in auth. hoc inter liberos, circa medium. C. de testam. & Imola in e. cum contingat, colum. 25. & sequen. extra de iureiuran. qui tenet secundum testamentum valere, licet reuocans in periurium incidat. & Imola in leg. si quis inquilinos. §. si ff. de leg. 1. & Bal. in c. 1. §. item sacramenta col. 4. in tit. de pace iuramen. firman. vbi Alua. col. pen. & Card. Alexand. col. fin. in princ. & iterum ipse Cardin. in dicto c. dilecto, colum. 4. extra de praben. vbi etiam tradit Anchar. col. fin. in fi. & Rot. in decis. 104. in antiquis, & Bal. in l. 1. in repetitio. col. fi. C. de sacrosan. eccles. vbi Cynus. col. fin. inquit Legistas communiter ita tenere. & Bal. in cons. 2. 2. vol. 1. qui etiam ipse asserit testatorem reuocantem in pœnam non incidere. & Paulus Castren. in cons. 122. volum. 1. & ideo innuit Barto. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, in princ. ff. de verb. oblig. & Oldrad. in cons. 106. & Fel. in cap. si diligenti, columna penulti. extra de foro comp. & in c. edoceri, colum. 4. in fine, extra de rescript. & Sal. in l. sancimus, quæst. 7. C. de testamen. & Bart. in d. l. cum duobus, §. idem respondit, ff. pro socio. & Bald. in auth. sacramenta puerum, colum. 3. C. si aduers. vend. & in addit. ad Spec. in tit. de instrum. e. di. col. 10. in fin. ver. an testamentum, & innuit Ange. in l. si quis pro eo, in fin. ff. de fideiuss. & Alex. in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 2. ff. de verb. oblig. & Imo. in cap. 1. colum. 5. in fi. extra de his, quæ fiunt à maio. parte. capit. & Fel. in c. cum accessissent colum. 6. extra de consi. & in cap. in presentia, colum. 3. extra de probat. & Dominic. à S. Gemi. in c. discernitis, col. pen. extra de sent. excom. lib. 6. & Corn. in cons. 272. col. fi. vol. 3. in cons. 60. col. 2. vol. 2. & in cons. 102. col. 2. vol. 1. & Abb. in cons. 48. col. 2. vol. 2. & Crotus in l. omnes populi, col. 20. ff. de iustit. & iure, & Ang. in Auth. hoc inter liberos, in fin. C. de testamen. & Ang. Aret. in §. ex eo, col. pe. Instit. quib. mod. testam. infirmen. & Bertran. in cons. 181. col. 2. volu. 2. & in cons. 143. col. 2. vol. 3. & in cons. 290. col. 8. vol. 3. & Castre. in cons. 361. col. 2. volum. 1. & las. in l. si non sortem, §. si centum, col. 2. in fin. & seq. ff. de condict. indeb. & in l. si quis ita, §. ea lege nu. 24. ff. de ver. obl. & in consil. 211. col. 1. vol. 2. & Probus in additione ad 102. Monach. in c. fi. de procurato. lib. 6. & Alex. in cons. 18. col. 1. in fi. vol. 2. & Pau. Castre. in cons. 339. colu. 1. vol. 1. & Bal. in cons. 338. volum. 2. & Fulg. in cons. 93. & las. in cons. 22. col. fi. vol. 4. & Gual. caut. 2. de mutatio. testam. & Io. de Silua in tracta. de benefici. in 3. par. q. 27. & gl. prag. sanctio fol. 19. col. 2. & glo. in ca. 1. §. item sacramenta, in gloss. super verbo. super contractibus, ver. quid si iurauit quis, in tit. de pace iur. firm. & Gomes. in §. item si quis postulante, col. 4. Inst. de actio. & Bertran. in cons. 27. in fin. vol. 1. & Paris. in cons. 24. col. 9. vol. 2. & Soc. iun. in cons. 44. col. 4. volu. 2. & Ruin. in cons. 207. col. fi. vol. 1. & in cons. 69. col. 6. vol. 3. & in cons. 109. col. 8. vol. 4.

Contrariam vero conclusionem, quod immo secundum testamentum non subsistat, subdit Gabriel. eodem in loco tenuisse Speculatorem in tit. de instru. edit. in §. compendiose, ver. Quid si quis iurauerit. Hocque idem etiam de iure canonico verum esse tenuit Oldrad. in consilio 127. & Hostiens. in sua summa. in titu. de sepult. ver. an licitum, & versicu. quid si quis eligat. & in capit. 1. colum. primæ, in fin. extra de sepult. & Iacob. Butrig. in authen. sacramenta puerum, colum. 2. in fin. Cod. si aduer. vend. & Anc. in cap. vltimæ

voluntas, 13. quæst. 2. & Crotus in d. l. stipulatio hoc modo concepta, col. 5. in fin. ff. de verb. obligat. & Gual. caus. 6. de sepult.

C A P. CCXI.

Argumentum est in Summario.

S Y M M A R I V M.

1 Procuratorem non reuocare si quis iureiurando promiserit, si illum reuocet, licet reuocando incidat in periurium, attamen reuocatio subsistit, & an sit absolute verum.

Secundo loco inferitur ex prædictis, † quod si quisquam promiserit non reuocare procuratorem, & cum deinde reuocet, incidat in pœnam periurii: reuocationem tamen ipsam subsistere, vt voluit glo. in c. fin. in verbo, reuocatus, de procura. lib. 6. & tradit Ang. in l. & in perpetuam. ff. de proc. & in l. Stichus, §. vsum fructum, ff. de sol. vbi tradit etiam Imo. idem sequitur, & Rom. in d. l. alia, §. eleganter, col. fi. circ. medium, ff. sol. mat. & in l. 1. §. si stipulanti, col. 7. ff. de de verb. obl. & Fel. in c. si diligenti, col. pen. extra de foro compete. & in c. edoceri, colum. 5. extra de rescript. & Imo. in c. cum contingat, col. 27. extra de iureiur. & Barbat. in rub. extra de reb. eccles. non alien. num. 49. & las. in d. l. duob. §. si. col. 2. ff. de iureiur. & las. in l. si non sortem, §. si centum, col. 3. ff. de condic. indeb. & in l. si mihi & tibi, §. in legatis, col. 3. in 2. lectura, ff. de leg. 1. & in l. si quis ita, §. ea lege, nu. 24. ff. de ver. obl. & in cons. 211. col. 2. vol. 2. & Rebuff. in concor. Franc. fol. 205. & Dom. à S. Gemin. in d. c. fi. §. si de proc. lib. 6. & Alex. in cons. 18. col. 1. vol. 2. & Federi. de Senis in cons. 100. in fin. & Soc. in cons. 58. col. fin. vol. 3. & Fel. in c. ex parte decani, col. 3. extra de rescript. & Cassa. super constitutio. Burgun. fol. 191. col. 2. & seq. & Castr. in cons. 122. vol. 1. & Ioan. de Silua in tract. de benefi. in 3. par. q. 27. & gl. prag. sanctio fol. 29. col. 2. & Gomes. in d. §. item si quis postulante, colum. 4. Inst. de actio. & Rot. in decis. 104. in antiquis. & Crotus in l. omnes populi, col. 20. ff. de iust. & iure. & Curt. senior in cons. 69. col. antep. in fin. & sequen. & Ang. in cons. 125. in fin. & Paris. in consilio 8. colum. fin. volum. 4. & Aymon Crauet. in consilio 191. col. 2. volum. 1.

Ampliat prædictam conclusionem ibidem, n. 10. Ant. Gabr. & inquit non valere consuetudinem, vt quis testamentum reuocare non possit, vel procuratorem, vt dixit Rochus de Curte in c. fi. col. 57. extra de consuet. & Soc. iun. in cons. 44. col. 4. vol. 2. & Rui. in cons. 54. col. 4. & pen. vol. & in cons. 69. col. 6. vol. 3. & in cons. 109. colu. 8. volu. 4. & Boerius in decis. 204. de tali limitatione habetur in d. l. si non sortem, §. si centum, col. 3. ff. de condic. indeb.

C A P. CCXII.

Argumentum est in Summariis.

S Y M M A R I A.

1 Procurator constitutus ad renunciandum in beneficiis alibus non potest reuocari.

2 Actus spiritualis contra iuramentum non tenet.

Secundo limitatur prædicta conclusio: quia procurator † constitutus ad renunciandum cum iuramento beneficialibus reuocari non potest. & ratio